



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗ
ΣΧΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΟΓΩΝ
ΕΚ ΔΟΜΑΤΩΝ
ΕΡΟΥΒΙΛΙΑΝΑ

ΑΡΧΙΜΕΔΗΣ

ΟΙ ΠΑΝΤΑ

ΕΚΔΟΣΗ

Α. Ν. ΠΑΠΑΔΟΠΟΥΛΟΣ

ΑΘ.



ΑΘΗΝΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΤΗΣ

ΑΡΧ.

ARCHIMEDIS
OPERA OMNIA

CUM COMMENTARIIS EUTOCH.

**E CODICE FLORENTINO RECENSUIT, LATINE UERTIT
NOTISQUE ILLUSTRUIT**

J. L. HEIBERG

DR. PHIL.

VOLUMEN III.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXI.

117301

YHABLI
ROBIL. GROMATE OPA. LI
YTEROVNU

LIPSIAN: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Finito iam tertio huius editionis uolumine, quod toti operi finem imponit, in hac quoque praefatione uaria congeram, quae sero addenda et corrigenda esse cognoui.

Ab erroribus in collatione codicis F enotanda commissis ceterisque typographicis incipiam.

I p. 70, 12: $\delta\eta$ — scribatur: $\delta\eta'$

I p. 264 in notis criticis addatur: 11. η'' om. F; corr. Wallis. praeterea pro „3“. scribatur „4“.

I p. 268, 1: $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\acute{\iota}$ — scribatur: $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\acute{\iota}$ $\sigma\acute{\upsilon}\nu$

II p. 232 in notis addatur: 4. $\mu\eta\kappa\epsilon\iota$ F; corr. Torellius.

II p. 252 in notis criticis addatur: „13. $\acute{\omicron}\psi\iota\omicron\varsigma$] $\omicron\psi\iota\alpha\varsigma$ F; corr. B. 15. $\acute{\omicron}\psi\iota\omicron\varsigma$] $\omicron\psi\iota\alpha\varsigma$ F; corr. ed. Basil. 17. $\acute{\omicron}\psi\iota\omicron\varsigma$] $\omicron\psi\iota\alpha\varsigma$ F; corr. A.“ praeterea in nota ad lin. 14 pro „C“ ponatur „B“.

II p. 256 in nota ad lin. 10 pro „BC“ ponatur „V“.

II p. 258 in notis addatur: „22: $\acute{\upsilon}\pi\acute{\omicron}$] $\epsilon\pi\iota$ F, uulgo.“

II p. 264 in notis addatur: „4. $\tau\acute{\alpha}\varsigma$] om. F, uulgo. 17. $\mu\upsilon\pi\iota\acute{\alpha}\delta\epsilon\varsigma$] $\mu\upsilon\pi\iota\alpha\delta\omega\upsilon$ F, uulgo.“

II p. 276 in nota ad lin. 2 scribatur „A“ pro „B“.

II p. 296 in notis addatur: „τε] om. F, uulgo“ et:
„26. ὑπ' ἀμῶν V, fort. recte“.

II p. 314 in notis addatur: „10. διὰ τὰ] δι' F, uulgo“.

III p. 30, 14: *παράλληλοις* — scribatur: *παράλληλος*

III p. 96, 24: *BA* — scribatur: *BE*

III p. 118, 3: *οἷά ἐστιν* — scribatur: *οἷα ἐστὶν*

III p. 214 in notis criticis scribatur „22“. pro „23“.

III p. 316, 1: *ΨΓ ἦ* — scribatur: *ΨΓ, ἦ*

denique I p. 156, 16 adnotare oblitus sum, pro *BE* in *F* esse *BA*. quare in notis addatur: „16. *BE*] *BA* *FA*“.

I p. 264, 2; 266, 20; III p. 270, 7, 10, 14; 284, 19, 24, 25 *τρίτου*, quod praebet *F*, in *τρίτου* (quod legitur I p. 266, 3, sed corrigendum uidetur) mutare non debueram. nam apud mathematicos Graecos genetiuum cum uerbo *εἶναι* eodem sensu coniungitur, quo nos signum aequalitatis = usurpamus. cfr. *μορίου τινός* III p. 274, 3; 276, 8; 278, 8 et loci in indice II sub uocabulo *οἶος* collecti. u. praeterea Proclus in Euclid. p. 296, 12: *καλύει γὰρ οὐδὲν μιᾶς μὲν εἶναι καὶ τρίτου τὴν ὑπὸ αβδ τοῦ δὲ λοιποῦ διμοίρου τὴν ὑπὸ αβγ*. p. 297, 19: *μιᾶς ἄρα καὶ ἡμισείας ὀρθῆς ἐστὶν ἢ ὑπὸ δγξ* al. quare etiam III p. 270, 19, 20, 21; 284, 23, 26 *διμοίρου* cum codd. retinendum erat.

Epistolam Eratosthenis nuper edidit E. Hiller: Eratosthenis carmin. reliq. Lipsiae 1872 p. 122 sq., cuius adnotatione cum mea comparata haec addenda mihi uidentur. p. 104, 6 iam Hiller pro *δγ* tacite substituit *δέ*. p. 104, 4 hanc coniecturam Nauckii adfert: *δοκεῖ δ' ἡμαρτημέναι*, quam non probo; cfr. Hiller p. 131 not. p. 104, 19 falso ex editione Basileensi enotauit: *διαπεμφρομένους*; habet *διαμεμφαμένους*. p. 114, 1

Hermannus in Orph. p. 769 coniecit: *τοῖσδε σύ γ' ἐν*, ceterum Hiller totam epistolam subditiuam esse putat nulla idonea causa adlata. cfr. Cantor: Vorlesungen p. 284 not. 2. ne Menaechmi quidem neque Archytae solutiones in dubitationem uocandae sunt; sed uerba sola ab Eutocio ipso uel auctore eius (qui in Archyta solo Eudemus est) mutata sunt et ad sermonem mathematicorum Gaecorum posterioris temporis adcommodata. contra iure Blassius de Platone mathemat. p. 27 sq. solutionem Platonis damnasse mihi quoque uidetur. cfr. Cantor: Vorlesungen p. 200 sq. de his solutionibus cfr. Proclus in Timaeum p. 353 ed. Schneider: *πῶς μὲν οὖν δύο δοθεισῶν εὐθειῶν δυνατὸν δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἡμεῖς ἐπὶ τέλει τῆς πραγματείας* [cfr. p. 384] *εὐρόντες τὴν Ἀρχύτειον δεῖξιν ἀναγράφομεν, ταύτην ἐκλεξάμενοι μᾶλλον ἢ τὴν Μενάιχμου, διότι ταῖς κωνικαῖς ἐκεῖνος χρῆται γραμμαῖς, καὶ τὴν Ἐρατοσθένους ὡσαύτως, διότι κανόνος χρῆται παραδέσει.*

De 'quadrat. parab. prop. 23 acute obseruauit L. Oppermannus, uir mathematices antiquae in primis peritus, eam nihil nisi peculiarem quendam casum propositionis, quae apud Euclidem est IX, 35 continere (*ἐὰν ὅσιν ὁσοιδηποτοῦν ἀριθμοὶ ἐξῆς ἀνάλογον ἀφαιρεθῶσι δὲ ἀπὸ τε τοῦ δευτέρου καὶ τοῦ ἐσχάτου ἴσοι τῷ πρώτῳ, ἔσται, ὡς ἡ τοῦ δευτέρου ὑπεροχὴ πρὸς τὸν πρώτον, οὕτως ἡ τοῦ ἐσχάτου ὑπεροχὴ πρὸς τοὺς πρὸ ἐαντοῦ πάντας*, h. e. si $a : b = b : c = c : d$, erit $b \div a : a = d \div a : a + b + c$). nam ex quadr. parab. 23 erit $d + c + b + a + \frac{1}{2}a = \frac{3}{2}d$, si $d = 4c$, $c = 4b$, $b = 4a$; *sive* $a + b + c = \frac{1}{3}(d \div a)$,

h. e. $d \div a : a + b + c = 3 : 1$,
quod ex Eucl. IX, 35 statim sequitur, quia

$$b \div a : a = 3 : 1.$$

III p. 312, 10 sq. Eutocius librum II conicorum Apollonii citat; sed nisi hic quoque uestigium recensionis antiquioris Apollonii deprehenditur, uidetur memoria confusus deceptus esse. nam quod dicit: *ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς τὸ κέντρον τοῦ σχήματος ἐκτός ἐστιν, καθ' ὃ αἱ διαμέτροι συμπέπτουσιν ἀλλήλαις*, id in libro II conicorum nusquam legitur. potius uerba eius ad I def. alt. 1 p. 42 ed. Halley: *τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως ἑκατέρας ἢ διχοτομία τῆς διαμέτρου κέντρον τῆς τομῆς καλείσθω* referri posse uidentur. tamen hoc uerum est, ex conic. II intellegi posse, centrum hyperbolae extra figuram cadere (u. uerbi causa II, 45: *τῆς δοθείσης ἐλλείψεως ἢ ὑπερβολῆς τὸ κέντρον εὔρεϊν*).

In hoc tertio uolumine collationes nouas codd. Pariss. uno uel duobus locis exceptis nullas habui. in indice II interpretationem Latinam plerumque omisi et omnino magis etiam quam in primo breuitati studui. et hac re et inde, quod index I, cum secundum conficerem, in manibus typhotetarum erat, inaequalitas molesta duorum indicum exorta est. in prolegomenis de dialecto Archimedis agere constitueram, sed cum hanc quaestionem altius repetere cuperem, et tempus instante itinere Italico deesset, satius duxi rem differre quam eam ratione imperfecta, quae mihi ipsi displiceret, iam nunc tractare.

Scrib. Hauniae Id. Sext. MDCCCLXXXI.

PROLEGOMENA.

De codicibus Archimedeis.

Cum ante hos duos annos de codicibus Archimedeis recte aestimandis quaererem, cuius disputationis summa potior est pars Quaestionum Archimedearum (Hauniae 1879, caput VI), non potuit me fugere, codicem Florentinum cum omnium praestantissimum esse, id quod iam censor editionis Torellianae (Jenae Literaturzeitung 1795 p. 610 sq.) intellexerat, tum cum codice perustusto Georgii Uallae artissima necessitudine coniunctum. quare cum de aetate huius codicis nihil compertum haberem, nisi Bandinium eum saeculo XIII tribuisse, necessario eo perductus sum, ut statuerem, codicem Florentinum esse ipsum illum Uallae codicem antiquum, unde descripti sunt codices Parisini BC. sed restabant difficultates et in scripturis singulorum locorum et in primis in explicando, quo modo codex ille tandem in bibliothecam Laurentianam peruenisset; etiam epistula illa primo libro de sphaera et cylindro praemissa in codice B melius seruata esse uidebatur (Quaest. Arch. p. 130). quas difficultates tum, ut potui, explicare conatus sum (Quaest. Arch. p. 132 sq.). uerum iam tum de iudicio Bandinii dubitare coeperam. et postquam codicem Florentinum ipse examinaui diligenterque contuli, mihi persuasi, hunc codicem nullo modo eundem esse posse ac codicem Uallae, sed potius apographum eius summa diligentia descriptum, ita ut scriba formam quoque litterarum plerumque molesta cura imitaretur. itaque constitui, hunc totum locum retractare.

Incipiamus a describendo codice Florentino.

codex igitur Florentinus bibliothecae Laurentianae Mediceae plut. XXVIII, 4 membranaceus est in membranis crassis sine ullo linearum uestigio scriptus, et optime conseruatus. constat foliis CLXXIX forma maxima, quae manus recens satis neglegenter numeris signauit; manu prima in dextra parte infima posterioris paginae decimi cuiusque folii numeri fasciculorum et prima uerba sequentis paginae adscripta sunt. codex satis perspicue, etsi non pulcherrime scriptus est compendiis multis; accentus et spiritus saepius omittuntur; hi ubi adsunt, formam quadratam † uel † praebent, rarissime curuatam, quali nunc utimur; hic illic et spiritus et accentus in eadem syllaba positus est, sed nunquam uno ductu coniuncti. prima pagina atramento euanidiore cum omnibus accentibus scripta est, titulus et A initiale rubra sunt. continentur hoc codice haecce:

de sphaera et cylindro I—II, de dimensione circuli, de conoidibus, de lineis spiralibus, de planis aequponderantibus, arenarius, quadratura parabolae, commentaria Eutocii in libros II de sphaera et cylindro, in libellum de dimensione circuli, in libros II de planorum aequilibriis, excerpta Heronis de mensuris. in fine libro- rum semper repetitur titulus; praeterea in fine libri de quadratura parabolae habet:

ἐπιτομὴς λέον γεώμετρα

πολλοὺς εἰς λυκάβαντας ἴοις πολὺ φιλῶτε μούσαις

et in fine commentariorum Eutocii in libros de sphaera et cylindro

Ἐὐτοκίου πινυτοῦ γλυκερὸς πόνος, ὃν ποτ' ἐκείνος

γράφεν τοῖς φθονεροῖς πολλὰν μεμψάμενος.

figurae mathematicae semper eadem manu descriptae sunt, qua codex reliquus; in quo opere librarius amussi et circino usus est, instrumentis, quibus sectiones conicas et spirales depingeret, caruit; quare illas fere ita descripsit, quasi arcus circulorum essent, has nullo adiumento pessime et *neglegentissime* adumbravit. in fine codicis neque uoca-

bulum τέλος neque aliud ullum signum, quo ostendatur codicem finitum esse, additum est; ultimum folium uocat et pro tegumento fuit. cfr. Bandinii catalogus II p. 14.

Codices Parisinos 2360 (B) et 2361 (C) ex antiquo codice Uallae descriptos esse, demonstrauit Quaest. Arch. p. 124 sq., et hoc loco summatim rationes repetam.

in codice Parisino B in fine fol. 120 haec adnotauit librarius: ταῦτα ἐξεγράφη ἀπὸ τοῦ ἀντιγράφου ἐκείνου τοῦ παλαιοτάτου ὃ πρότερον κτῆμα ὄν τοῦ Γεωργίου τοῦ βάλλα ὕστερον τοῦ ἐπιφανεστάτου ἄρχοντος Ἀλβέρτου Πίου τοῦ καρπαίου ἐγένετο· ὃ μὲν ἀντίγραφον ὡς εἰρήκαμεν παλαιότατον ἦν πλεῖστον δὲ καὶ ἀμέτρητον ἔχον ἀσάφειαν ἐκ τῶν πταισμάτων· ὥστε ἀναρίθμητα χωρία μηδὲ σαφηνίσασθαι μηδαμῶς· περὶ δὲ τὰς καταγραφὰς πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων ἀμαρτημάτων ταῦτα ἦν πυκνότερα τὰ ὑπογεγραμμένα στοιχεῖα δηλαδὴ ἀντὶ στοιχείων χ ἀντὶ τοῦ κ καὶ ἀνάπαλιν, Θ ἀντὶ τοῦ β καὶ ἀνάπαλιν, Η ἀντὶ τοῦ Ν καὶ ἀνάπαλιν, α ἀντὶ τοῦ λ καὶ ἀνάπαλιν, ξ ἀντὶ τοῦ ξ καὶ ἀνάπαλιν.

ἦν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἀντιγράφῳ καὶ τινὰ ἴδια χαρακτηρισμὰτα συντομίαις χάριν τῆς ἐν τῷ γράφειν τάδε· π̄ περ. π̄ οἰς· οἶον ε̄ τοῖς. ς̄ ης· οἶον ε̄ της. λ̄ καὶ· ἄλλως ς̄ καὶ. ᾱ ἴσαι· ἠ̄ ἴσος· ἠ̄ ἴσον, καὶ τὰλλα ὡσαύτως. ἠ̄ ἴσας· ἠ̄ ἴσον. ὠν· οἶον ἠ̄ τῶν. ξ̄ ουν. ἠ̄· εστιν. ἠ̄· εσαι· ἠ̄ ἠ̄· ἠ̄· εσαι. ς̄ αἰ. οἶον λ̄ καὶ· φερεσθ̄ φερεσθαι. ἠ̄· εἰσιν· ἠ̄· ειναι· ἠ̄ οὔτως χ̄· ειναι. ἠ̄· ιν καὶ ην· ὡς· ἠ̄· χουσ̄ ἠ̄· χουσιν· καὶ ἠ̄ τ̄ τήν. ἠ̄· ον· ὡς ἠ̄· τον. ῡ· ως· οἶον π̄· πως. ἠ̄· αν· μουσ̄ μουσαν· ἠ̄· ας· ἠ̄· τας· ἠ̄· ος· οἶον ουτ̄ ουτος. ἠ̄· ου· οἶον ἠ̄· του. πάντων δὲ πυκνότερα ἦν τάδε· ξ̄· προς· ξ̄· κείσθωσαν προσκείσθωσαν. ἠ̄· ούτως· ἠ̄· γὰρ ἠ̄· γίνεται. ἠ̄· αρα. ω̄· εστω· καὶ ἠ̄· ἠ̄· εστωσαν. ἠ̄· οτι· ἠ̄· οτι· ἠ̄· οτι. ἠ̄· ολον δὲ ἐτύγγανεν ὄν ἠ̄· νεν προσωδιῶν εἰ μὴ ἐν ὀλίγοις χάριν διαφορᾶς.

itaque codex B ex Uallae codice descriptus est. praeterea in codice C hanc praefatiunculam Georgii Armagniaci inuenimus: „Ne te offendat, studiosè lector, hunc Authorem

citra ullam ipsius commendationem aut praefationem aliquam videre: ita prima folii facies in veteri exemplari, unde hoc descriptum est, vetustate consumpta et extrita fuit, ut ne nomen Archimedis quidem agnosci potuerit, nec tum aliud Romae restabat, quo restitui hoc πρόσωπον posset. carebat in universum et spiritus et accentus omni nota; reliquis partibus integrum et absolutum nisi quod ἤρωνος de mensuris postremi folii secunda pagina itidem ut Archimedis penitus oblitterata fuerit. quo tamen commendatione eiusmodi Authoris etiam Gallia laetaretur, malui potius quoquo modo eius tibi copiam meo sumptu fieri, quam mathematices amatoribus in hac parte mea culpa videri negligentior.“ et in fine codicis librarius hanc subscriptionem adiecit: τέλος ἐπέθηκε τούτω τῷ συντάγματι Χριστοφόρος ὁ ἀνέτρος γεμανὸς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τοῦ χιλιοστοῦ πενταποσιοστοῦ καὶ τεσσαρακοστοῦ τετάρτου, δαπανήματι τοῦ εὐσεβεστάτου τῶν βουθένων ἐπισκόπου γεωργίου ἀρμαγνιακοῦ τότε πρὸς παῦλον τὸν τρίτον τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν οἰκονομοῦντα ἐν τῇ ξάμῃ παρὰ φραγκίσκου τοῦ κελτῶν βασιλέως ἐγκεινομιασμένως προσβεβόντος. hinc adparet, codicem C Romae sumptu Georgii Armagniaci a. 1544 a Christophoro Auuero descriptum esse. iam Guil. Philander, qui Georgio Armagniaco ab epistulis erat et eum a. 1541 Uenetias et inde Romam secutus est, in editione Uitruuii (Lugd. 1552 et iterum 1586) haec habet p. 357: „haec ego scripseram, cum beneficio Rodolphi Pii Carporum Cardinalis facta est mihi copia videndi exscribendique, curante id Maecenate meo [h. e. Georgio Armagniaco] Archimedis de sphaera et cylindro cum enarratione Eutocii volumen, ornamento futurum augustissimae illi et instructissimae Bibliothecae, quam tu [Franciscus primus] ad Fontem Bleium instituisti. Id volumen Georgii Vallae fuerat, in quo praeter linguae Doricae proprietatem et omissionem spirituum atque accentuum, quae in legendo nonnihil exhibuerunt difficultatem, occurrunt subinde syllabarum et dictionum notae, quae ne a Graecis quidem satis agnoscantur.“ itaque uix ulla

relinquitur dubitatio, quin Georgius Armagniacus illum codicem Uallae, cuius copiam Philandro fecit, describendum curavit, ut hoc apographum bibliothecae Fonteblandinensi donaret. itaque sequitur, codicem C etiam ex codice Uallae descriptum esse, quod eo quoque confirmatur, quod in bibliothecam Parisinam ex Fonteblandinensi peruenit.

cod. Paris. 2360 chartaceus, olim Medicus eadem continet opera Archimedis Eutoeiique commentaria eodem ordine. post librum de quadratura parabolae eosdem versus praebet. contendunt, eum a Philandro scriptum esse itaque saeculo XVI tribuendum; sed hoc minime ex Philandri uerbis supra adlatis colligi potest; dicit enim hoc solum, se codicem Uallae „exscripsisse“, h. e. enotauit ex eo, quae ei in commentario ad Uitruuium utilia esse poterant, nec si totum descripsisset, de libris de sphaera et cylindro solis commemorasset; uidetur hos libros solos euoluisse nec ceteros inspexisse. praeterea adparet ex subscriptione illa librarii, codicem archetypum tum, cum ex eo describeretur codex B, Alberti Pii fuisse; nam si iam tum Rodolpho Pio cessisset, sine dubio illius nomen, non Alberti posuisset uel certe eum quoque nominasset. quare cum Georgius Ualla a. 1499 mortuus sit, Albertus Pius a. 1531, colligendum est, codicem B inter hos annos scriptum esse.

cod. Paris. 2361 (C) chartaceus Fonteblandensis et ipse eadem opera Archimedis et Eutoei eodem ordine continet, et praeterea Heronis mensuras, sicut Florentinus. ex hoc codice Heroniana illa edidit F. Hultschius: Heronis reliq. p. 188—207. post Heronis mensuras praeterea sequuntur duo fragmenta *περὶ σταθμῶν*¹⁾ et *περὶ μέτρων*, quae ex hoc codice edidit idem (Metrolog. script. 83—84. I p. 267—272; cfr. praef. p. XVII). haec omnia eadem et eodem ordine in codice Florentino inueniuntur, nisi quod ultimum fragmentum *περὶ μέτρων* in eo paullo longius est.

1) *περὶ τάλαντων* habet Hultschius, sed in codice esse *περὶ σταθμῶν*, testis est Carolus Graux, et ita legitur in Florentino.

iam hinc ueri simile est, codicem Florentinum et codices BC cognatos esse, et hoc aliis documentis certissimis arguitur. primum enim uidimus, codicem Uallae in initio mutilum fuisse, et ea de causa codicem C maiore parte epistolae libro I de sphaera et cylindro praemissae carere; etiam in Florentino prima pagina alia manu et cum lacunis plurimis scripta est, et in B quoque idem locus similiter corruptus est (cfr. uol. I p. 3 not.); adscripsit librarius: *Ἀρχιμήδους τοῦ περὶ σφαιρας καὶ κωνιδρου τὸ προοίμιον λείπει· ἡ πρώτη γὰρ σελὶς τοῦ ἀντιγράφου ἀφανῆς ἦν, ὡς ὁραῖς.* praeterea uol. III p. 4, 18 in omnibus codicibus lacuna est inter *σύνκειται* et *τῆ ΑΒΓΔ*; adscripsit librarius codicis B: *Ἐν ὅλον σελίδιον ἢ καὶ δύο λείπει.* denique numeri propositionum libri *περὶ κωνοειδέων* prorsus eodem modo in omnibus codicibus confusi ac corrupti sunt (cfr. Quaest. Arch. p. 123 sq.). itaque cum codex Florentinus ex Parisinis descriptus esse nequeat, relinquitur, ut aut ipse ille codex Uallae sit aut ex eo deriuatus. iam exponam, cur nunc hoc uerum esse existimem.

ex nota Georgii Armagniaci supra e codice C adlata adparet, primam paginam et ultimam codicis Uallae litteris quidem inscriptas fuisse, sed prae uetustate et obscuritate legi non potuisse. at in codice Florentino prima pagina primo prorsus uacauit, et postea demum manu alia¹⁾ pars omissa epistolae addita est, nec ullum est uestigium scripturae antiquioris postea deletae nec in lacunis unquam quidquam fuit scriptum. et pars extrema fragmentorum Heronianorum nitide et perspicue, ut reliqua pars codicis, scripta est, neque post eam quidquam scriptum fuit. dixi supra, ultimum fragmentum in Florentino paullo

1) Nicolaus Anziani bibliothecarius Laurentianus primam paginam eadem, qua reliquum codicem, manu scriptam esse censet. mihi tamen scriptura diuersa uidetur, quamquam non multum discrepat, et mecum sentiunt H. Menge et Carolus Graux, qui *hanc partem saeculo XVI tribuit.* certe hoc interest, quod in *hac parte omnes fere accentus et spiritus adsunt.*

longius esse; itaque librarius huius codicis paullo plura in archetypo legere potuit, quam librarius codicis C quinquaginta fere annis post uel legere potuit uel recipere operae pretium esse putauit. archetypum codicis Florentini in fine legi non potuisse, inde quoque colligere possumus, quod in Florentino neque τέλος neque aliud signum, quo opus perfectum significare solent librarii, reperitur.

praeterea in epistula illa ea est discrepantia codicis B, ut hac in parte e codice Florentino descriptus esse non possit; u. in primis uol. I p. 4, 6: ἠγνόειστο F, γνοει B; p. 4, 11: πολλα . . . F, πολ . . . ξου B; p. 6, 1: ἀγνοῖσθαι F, . . . εἰσθαι B; et his omnibus locis scriptura codicis F ita clara est, ut nulla de ea dubitatio relinquatur. itaque statuendum erat, lacunam illam codicis F postea demum, quam codex B ex eo descriptus esset, expletam esse. hoc per se factum esse potest; sed tamen ueri simile est, tum librarium codicis B, qui tam multis uerbis de antigrapho suo disserat, adnotaturum fuisse, se prooemium ex alio exemplari sumpsisse, praesertim cum ad hoc ipsum prooemium adscripsit: Ἀρχιμήδους τοῦ περὶ σφαιρας καὶ κυλινδρου τὸ προοίμιον λείπει¹), ὡς ὀφείτως. non credo, haec uerba de alio ullo exemplari accipi posse, quam de eo antigrapho, quod in toto opere secutus est.

deinde in iis, quae Ualla ex suo codice Latine uertit (de qua re u. quae disputauit Neue Jahrbücher, Suppl. XII p. 381 sq.), quidam loci inueniuntur, ubi Ualla apertissime non prauam scripturam codicis Florentini, sed bonam codicum BC ob oculos habuit:

uol. III p. 306, 17: ἀρτώμενον BC, ἀρτωμεν F, „elevatus“ Ualla.

- III p. 70, 11: ἀντῶν BC, αντον F, „ipsarum“ Ualla.

- III p. 118, 25: ΘN BC, ΘH F, „hn“ Ualla.

minus ualent III p. 104, 12: Ἱπποκράτης F, „Hippocrates“

1) H. e. mancum est (non: deest), ut adparet ex additis uerbis ὡς ὀφείτως; nam prooemium eadem manu, qua reliqua, scriptum est. cfr. Quaest. Archim. p. 121 not.

Ualla, III p. 182, 8: *η μεν η HN F*, „gn“ Ualla, al. (u. Neue Jahrb. l. l. p. 385). cum Ualla ipse uix hos locos coniectura restituerit, id quod intellegent, qui errores ab eo receptos perlustrauerint, ex testimoniis Ualla et codicum BC coniunctis efficitur, in codice Uallae his locis aliam eamque emendatiorem scripturam fuisse, ac in Florentino est (de III p. 76, 26; 124, 22 u. infra).

etiam ex compendiis illis, quae a librario codicis B in codice Uallae obuia esse dicuntur, testimonium grauissimum peti potest, quo probetur, quod proposuimus. ibi enim (p. IX) pro syllaba *-οις* hoc compendium *τ* indicatur; uerum in Florentino hoc ita formatum nusquam inuenitur, sed erectum et rotundum *ϑ*, quae est forma recentior huius compendii (O. Lehmann: Die tachygr. Abkürz. p. 70—71).

et quamquam eorum locorum, ubi BC meliorem scripturam praebent quam F, ea fere est natura, ut negari non possit, librarios codicum BC errorem apertum et correctu facilem sua sponte eodem modo emendare potuisse, tamen non modo meliores illae scripturae satis frequentes facilius explicantur, si statuimus, codices BC ex ipso fonte codicis F deriuatos esse, sed inueniuntur etiam loci quidam, ubi emendatio difficilior erat nec talis, ut duo librarii non doctissimi fortuito in eandem incidere potuisse uideantur; uelut I p. 6, 11 in F est *τοτε αξιωμα*, sed uerum praebent BC (*τά τε αξιώματα*); I p. 8, 11: *τομέα δὲ στερεόν καλῶ* legitur in BC, in F uero principio *τομε* solum fuisse uidetur; deinde eadem manu, qua epistula addita est in prima pagina, lacuna expleta est, nisi quod *στερεόν* omisum est lacuna parua relicta.

postremo loco commemorandum est (nam hoc genus demonstrandi in hoc maxime codice lubricum est et incertum), ipsam formam litterarum interdum originem recentiorem significare. hac de re in primis iudicio Caroli Graux nitor, qui imagine photographica, unde tabula uoluntini II adiuncta expressa est, diligenter examinata ita de codice nostro iudicauit: ce qui me paraît le plus pro-

bable en ce moment, c'est que le Laurentianus en question est le produit d'un copiste du quinzième siècle qui avait pour modèle un manuscrit du neuf ou dixième et cherchait à l'imiter scrupuleusement jusque dans le tracé des lettres. incidit igitur in eam ipsam sententiam, ad quam ego quoque alia progressus uia perueneram. nec Guilelmus Gardthausen, cui eandem imaginem transmiseram, hanc sententiam reiciendam putauit, quamquam ipse ex sola litterarum forma codicem saeculo XI tribuere maluit, nisi aliunde documenta peti possent ad illam opinionem confirmandam; quod hic fecisse uideor. maxime offensionem est, ut monuerunt ambo illi palaeographi peritissimi, forma litterae φ , quam adparet uno ducta scriptam esse (u. tabula, lin. 1, 3, 4, 5, 6 cett.), id quod excepta forma ϕ ante saeculum XV non occurrit (Gardthausen: Griech. Palaeogr. p. 208). praeterea huic opinioni id quoque fauet, quod scriptura, quae initio codicis diligentissima et nitidissima est, aduersus finem negligentior fit et speciem minus antiquam praebet, et accentus, qui uulgo omittuntur, hic illic, et id quidem magis sub finem, frequentiores sunt, ita ut consuetudo librarii uoluntatem antigraphum religiose exprimendi interdum uicisse uideatur. denique membranae quoque et genere et specie tempus satis recens produnt.

his omnibus rebus perpensis statuendum est, codicem Florentinum non esse codicem Uallae, sed hunc communem fontem codicum FBC esse. iam de nostro codice F ipso accipiendum est, quod Angelus Politianus Uenetis Laurentio Mediceo scribit anno 1491 (u. Fabronius: uita Laurentii II p. 285): in Vinegia ho trovato alcuni libri di Archimede e di Herone matematici, che ad noi mancano . . ed altre cose buone. tanto che Papa Janni ha che scrivere per un pezo. quoniam Georgius Ualla ab anno 1486 ad 1499 Uenetis docebat (Neue Jahrb. Suppl. XII p. 377), et codex Uallae, ut supra cognouimus, praeter Archimedem etiam fragmenta Heronis continebat, uix dubitare possumus, quin Angelus Politianus Uallae codicem

describendum curauerit. sed quod significat, Ioannem Rhosum¹⁾ codicem Archimedis descriptorum esse, id effectum non est. nam F ab eo scriptus esse nequit, ut facile adparet comparato aliquo codice²⁾ ab eo scripto, qui frequentissimi sunt, cum tabula nostra.

itaque F ex ipso codice Uallae a. 1491 uel paullo post descriptus est, haud ita multo ante codices BC. restat igitur, ut quaeramus, cui harum trium quasi sororum potissimum credendum sit.

iam codicem B a docto librario descriptum esse, qui multa emendaret, multa etiam praue tentaret, satis firmis, opinor, documentis ostendi Quaest. Arch. p. 128—30, et plura singulis fere paginis occurrunt. unum addam. III p. 182, 25 in F est $\sigma\upsilon^3$) pro $\sigma\upsilon\tau\omega\varsigma$; in B legitur teste Lebèguio $\sigma\upsilon$, sed in margine manu 1 $\sigma\upsilon\tau\omega\varsigma$. codex C contra magis ad F adcedit, et magis etiam adcederet, si diligenter collatus esset; nam in omnibus fere locis, quos inspexit Henricus Lebègue, eadem quae in F scriptura etiam in C inuenta est, cum tamen in collatione Torelliana nihil enotatum esset, sicut intellet, qui locos in meo adparatu stellula signatos cum illa collatione conferre uoluerit.

sed manifesto demonstrare possumus, codicem F maiore fide quam ceteros descriptum esse. sunt enim loci quidam, ubi ex interpretatione ipsius Uallae cognoscimus, eosdem in eius codice fuisse errores ineptos, quos F praebeat, sed qui in BC correcti sint⁴⁾:

1) Nam is est „Papa Ianni“, ut recte me monuit N. Anziani. de Ioanne Rhoso presbytero Cretensi, librario strenuo u. Gardthausen p. 326 sq.

2) Comparauit Florentiae cum ipso codice F codices Laurentianos XXXII, 6; LV, 9; LXXXI, 23; LXXXVI, 18.

3) Etiam apud Uallam „cuius circulus“.

4) Hoc documentum iam significaui Neue Jahrb. Suppl. XII p. 384—385. postea Henricus Lebègue meo rogatu omnes locos denuo contulit, ubi de BC nihil apud Torellium enotatum erat. quod inuenit praeter locos supra adlatos, hic notabo, quia *incredibilem negligentiam* collationis Torellianae manifestissime arguunt. III p. 62, 17: $\tau\eta\varsigma$ ZH] B, $\tau\eta$ ZH C (F). p. 68, 13:

- III p. 62, 10: οὐ δέον] BC, οὐδε ὄν F, „sit quod non est“ Ualla.
 III p. 92, 25: τῶ ἀπό] BC, το απο F, „quod ex b“ Ualla.
 III p. 94, 1: ἐπὶ παραβολῆς] BC, ἐπει παραβολῆς F, „quoniam comparatione“ Ualla.
 III p. 94, 5: ἐπὶ ὑπερβολῆς] BC, ἐπει υπερβολῆς F, „quoniam hyperbole“ Ualla.
 III p. 98, 7: τῶ ἀπό] BC, το απο F, „quod ex bd“ Ualla.

III p. 122, 3: πόλλω] BC, πολλω F, „multo magis“ Ualla.

his ex locis perspicitur, quanta fuerit et quam anxia diligentia librarii codicis F; nam cum uix credibile sit, eum non potuisse hos errores ineptissimos corrigere, sicut fecerunt librarii codicum BC, adparet, eum summa fide archetypum, sicut accepisset, reddere uoluisse. hoc certe constat, etiam ubi BC contra auctoritatem codicis F consentiant, cautissime tamen nobis ex iis de scriptura archetypi iudicandum esse, et primarium locum nunc quoque obtinere codicem Florentinum.

omnino interpretatio illa Uallae plane cum F congruit paucis locis exceptis, quos supra p. XIII adtuli. sed etiam aliis ex rebus concludere possumus, quam accuratam imaginem archetypi codex F exprimat. nam primum pleraeque litterae formam saeculo XV longe antiquiorem praebent, sicut ex tabula nostra intellegi potest, quae paginam ex priore parte codicis sumptam (I p. 156, 10—160, 11 editionis) repraesentat. et usus compendiorum, omissi accentus et spiritus, horum forma quadrata, ubi adsunt,

τὸ ΘΜ] τῶ ΘΜ BC (F). p. 68, 16: τοῦ ΚΑ] τῶν ΚΑ BC (F).
 p. 68, 17: τούτων] τῶν BC (F). p. 70, 17: τὰς ΕΗ] τὰ ΕΗ BC (F). p. 76, 20: πολὺ γε] BC (F). p. 84, 4: πρόθεσιν] BC (F).
 p. 98, 23: τῇ ἀπό] τὴν ἀπό BC (F), sed B mg. manu 1 τῇ.
 p. 104, 16: αὐτοῦ] BC (F). p. 116, 15: κλινοδῶ] κλινοδριον BC (F); itaque in notis delendum: „corr. BC“. p. 188, 6: τὴν αὐτῆν] B, κωνω τὴν C (F); itaque in notis scribendum „corr. B“. denique I p. 194, 10: ἡ Β] ἡ ΗΒ BC (F); sed in B H deletum est. hinc etiam confirmatur, quod supra de genere codicum BC dixi.

haec omnia codicem antiquum sapiunt et cum descriptione codicis Uallae a librario codicis B facta mire congruunt. deinde pars mutilata epistolae libro I de sphaera et cylindro praefixae (I p. 2—6, 6), quae in prima pagina archetypi usu et tempore detrita fuit, etiam in F primam paginam nec plus nec minus occupat. etiam uerba τῆ ABΓΔ III p. 4, 18, quae in archetypo necessario prima uerba prioris paginae folii fuerunt, cum ante ea unum uel duo folia tota exciderint, in F simili loco posita sunt; sunt enim extrema uerba posterioris paginae folii. III p. 172, 23 sq. ita in F leguntur:

... μεγιστον εστι το απο της βε̄ επι την ε̄α ο
 ταν η διπλασια η̄ βε̄ τῆς ε̄α: ~ ς
 επιστησαι δη χρη και τοις ακολουθουσιν κατα κτλ.

signum ^ς in margine adscriptum in F usurpatur ad uerba ab Eutocio citata distinguenda (III p. 4, 7 not., alibi). haec eodem modo in archetypo fuisse, inde intellegitur, quod C non intellecto signo illo ita praebet:

... ἐπι τὴν ε̄α: — ς ἐπιστῆσαι δὴ χρῆ κτλ.

itaque ^ς pro ^ς accepit et ante hoc signum lacunam statuit. item III p. 18, 16 in F ante καί ponitur ^ς, quod librarius codicis C ut ^ς καί legit. denique uerba I p. 244, 7—246, 7, ad quae adscripsit librarius codicis B: οὐδεμια σελλε τοῦ αντιγραφου οὔτω συγκεχυμένη και τεταραγμένη οὔσα ἐτύγχανεν ὡς αὐτη (Torellius p. 446), in F reuera in eadem pagina sunt (fol. 36 recto).

itaque librarius codicis F eadem diligentia, qua litterarum formas imitatus est, etiam speciem antigraphi secutus esse uidetur, ita ut pagina paginae, immo linea lineae respondeat.¹⁾

fieri igitur potest, ut horum trium codicum ope, in primis Florentini, imaginem quandam archetypi illius, quon-

1) Cfr. quae de cod. Marciano 247 simili diligentia e Marciano 246 descripto scripsit Jordan Hermes XIN p. 264 sq.

dam Georgii Uallae, fingamus. sine dubio scriptum fuit saeculo IX uel X, ut ex uestigiis pristinae litterarum formae in F seruatis coniecit Carolus Graux¹⁾, et fuit codici Oxoniensi Euclidis persimilis (Bodleian. d' Orville ms. X, 1. Inf. 2. 30; exempla eius edita sunt Palaeographical Society tab. 65—66) cum toto habitu tum usu compendiorum. satis diligenter descriptus fuit de exemplo alicuius uiri mathematices non imperito; neque enim scholia illa in margine adscripta additamentaue, quae in omnibus fere libris occurrunt, maxime tamen in libris de sphaera et cylindro²⁾ ab ipso librario codicis profecta esse possunt, quippe quae maiorem mathematices scientiam ostendant, quam quae illis temporibus peruulgata esset. figuris instructus fuit plerumque optime et diligentissime descriptis, sed in litteris iis adpositis et in figuris et in uerbis ipsis Archimedis saepe erratum erat, quod notauit librarius codicis B (p. IX); exempla ex F collegi Quaest. Archim. p. 125 sq., et plura addi possunt. praeterea natura rei effecit, ut saepius non pauca uerba interciderent, quia, ut in demonstratione mathematica, eadem uerba saepius repetebantur et ita *ὁμοιότῃματα* oriebantur (u. I p. 74, 7; 144, 28; 184, 12; 200, 1; 206, 14; 226, 1; 230, 17; 246, 24; 250, 8; 254, 4; 360, 11; 370, 10; 380, 15; 390, 26; 432, 3; 458, 6; 462, 18; 472, 19; 476, 10; 496, 22; II p. 20, 21; 30, 6; 48, 12; 48, 20; 98, 21; 254, 21). multo rarius accidit, ut eadem de causa nonnulla errore bis scriberentur (I p. 288, 9; 376, 23; 496, 13; II p. 224, 24; 254, 15). interdum ob compendia uocabula per se parum similia permutata erant,

1) Tum demum recte codex Uallae *παλαιότατος* uocatur a librario codicis B (u. supra p. IX), quod de ipso codice Florentino praedicare non posset.

2) Tamen mihi quidem ueri simile uidetur, haec additamenta non omnia ab eodem uiro proficisci. antiquiora existimo, quae in libris de conoidibus et de helicibus plerumque Dorice interposita sunt; recentiore demum aetate libri de sphaera et cylindro et de *dimensione circuli* in linguam communem conuersi et simul plurimis additamentis inquinati esse uidentur.

uelut $\xi\sigma\omega$ — $\acute{\omega}\varsigma$ I p. 136, 8; $\xi\sigma\omega$ — $\acute{\omega}\sigma\tau\epsilon$ I p. 28, 18; 154, 13; $\sigma\acute{\upsilon}\nu$ — $\gamma\acute{\alpha}\rho$ I p. 134, 9; $\gamma\acute{\alpha}\rho$ — $\gamma\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$ I p. 148, 2; 346, 9; $\tau\omicron\upsilon\tau\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota$ — $\tau\eta\varsigma$ Ip. 148, 5; $\acute{\epsilon}\pi\iota$ — $\pi\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$ Ip. 244, 3—4; $\sigma\acute{\upsilon}\nu$ — $\mu\acute{\epsilon}\nu$ Ip. 384, 1; $\xi\sigma\omega$ — $\acute{\epsilon}\nu$ Ip. 420, 17, alia; ita etiam accidit, ut $\sigma\acute{\upsilon}\nu$ compendio rariore scriptum saepius omitteretur (I p. 150, 12; 498, 4 al.). omnium frequentissimi ii errores erant, qui permutatis litteris η et ι , \omicron et ω oriebantur; inde factum est, ut syllabae $\eta\nu$, $\iota\omega$, $\epsilon\upsilon$ et $\eta\varsigma$, $\iota\varsigma$, $\epsilon\iota\varsigma$ iisdem compendiis scriberentur. etiam $\delta\acute{\epsilon}$ et $\delta\eta$ saepissime ut in omnibus fere mathematicorum codicibus confundebantur. in fine uocabulorum ν saepe lineola transuersa supra uocalem extremam posita scribebatur, quod etiam nunc in F interdum seruatum est; saepius hoc scribendi genus causa fuit, cur ν finale in F omitteretur (I p. 58, 16; 70, 11; 72, 21; 116, 2; 290, 3 al.). consonantes geminati saepe ita scriptae fuisse uidentur, ut altera supra alteram poneretur, ut in F factum est I p. 42, 21; 42, 24; 60, 21; 94, 5; 102, 14; 112, 9; 164, 4; 242, 24; 280, 1; 474, 1 al. hinc non raro factum est, ut littera, quae bis scribenda erat, in F semel tantum scriberetur (I p. 40, 9; 44, 12; 88, 21; 102, 14; 350, 8; 360, 8; 366, 10; 384, 12; 404, 17; 494, 1 al.). ne hoc quidem praetereundum esse uidetur, librarium codicis Uallae errores semel ortos pertinacia quadam amplexum esse longiusque propagasse, uelut in Arenario decies scripsit $\alpha\iota\varsigma$ $\alpha\nu$ et similia pro $\epsilon\iota\varsigma$ $\acute{\alpha}\nu$, in libro I de aequilibriis et libro de quadratura parabolae semper fere $\tau\rho\alpha\pi\acute{\epsilon}\xi\iota\omicron\nu$ pro $\tau\rho\alpha\pi\acute{\epsilon}\xi\iota\omicron\nu$, in libro de spiralibus saepe $\pi\rho\alpha\gamma\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha$ pro $\pi\rho\alpha\gamma\acute{o}\mu\epsilon\nu\alpha$, in libro de conoidibus semper $\mu\eta\delta\epsilon\pi\omicron\theta\epsilon\nu$ et $\sigma\upsilon\delta\epsilon\pi\omicron\theta\epsilon\nu$ pro $\mu\eta\delta\acute{\epsilon}$ $\pi\omicron\theta'$ $\acute{\epsilon}\nu$ et $\sigma\upsilon\delta\acute{\epsilon}$ $\pi\omicron\theta'$ $\acute{\epsilon}\nu$, I p. 494 sq. octies $\tau\omicron\upsilon$ $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\gamma\rho\alpha\mu\mu\epsilon\nu\omicron$ pro $\tau\omicron$ $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\gamma\rho\alpha\mu\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron$, praeterea per totum opus saepe pro $\kappa\alpha$, saepius etiam $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ uel $\epsilon\sigma\sigma\epsilon\iota\tau\alpha\iota$ pro $\xi\sigma\tau\epsilon$, al.

hic codex igitur mortuo Georgio Ualla (a. 1499) ad Albertum Pium Carpensem transiit, qui etiam alios codices Uallae et fortasse totam bibliothecam eius comparauit, ut *ex subscriptione* codicis cuiusdam Scorialensis adparet (Miller: *Catalogue de mss. grecs Escur.* p. 454): $\Delta\omega\nu\acute{\alpha}\tau\omicron\varsigma$ δ

Βοντουρέλλιος ἐξέγραψεν ἀπὸ ἀντιγράφου, ὃ πρὶν μὲν κτῆμα ὑπάρχον τοῦ Γεωργίου τοῦ Βάλλα (καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ἐγγράφει τῇ ἰδίᾳ χειρὶ) ὕστερον τοῦ ἐπιφανεστάτου ἄρχοντος Ἀλβέρτου Πίου τοῦ Καρπαίου ἐγένετο, ἔτει ἀπὸ Θεογονίας ἀρχῆς σικροφοριῶνος ἐβδόμῃ μεσοῦντος ἐν Κάρπῳ τοῦ Ἀλβέρτου ἐκβληθέντος ἤδη τῆς ἰδίας ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ σκορπίου τοῦ μαραιωτάτου τῶν ζώων. de fatis bibliothecae Alberti Stephanus Borgia (Anecdot. litterar. Romae 1773 ff. I p. 81), haec tradit. Albertus ipse eam Augustino Steuchio Eugubino dono dedit, cuius frater Fabius partem eius Marcello Cervinio cardinali tradidit. ab eo ad Guilelmum Sirlatum cardinalem testamento peruenit, quo mortuo ab Ascanio Colonna cardinali empta est. inde per complurium manus in Vaticanam venit. sed adparet, nostrum codicem alia fortuna usum esse¹⁾; uidimus enim, eum a. 1544 a Rodolpho Pio filio fratris Alberti possessum esse, nec in catalogo bibliothecae Sirlati (Miller p. 323 — 324) ullus codex Archimedis nominatur. itaque, fortasse propter insignem uetustatem, in familia Piorum retinebatur. sed quo deinde peruenerit, nescimus, neque constat, utrum in bibliotheca aliqua Italiae lateat an interciderit, id quod ueri similis mihi uidetur.

Iam uideamus, quae ratio inter cetera subsidia critica et codices Uallae et Florentinum intercedat.

primum igitur constat, Nicolaum quintum papam codicem Archimedis habuisse, quem Latine uertendum curauerit. nam Nicolaus Cusanus cardinalis ita ei scribit (Opera p. 1004): „tradidisti enim mihi proximis his diebus magni Archimedis Geometrica Graece tibi praesentata et studio tuo in Latinum conuersa“. quis fuerit interpretes Nicolai, ex praefatione editionis Basileensis (fol. 2 uerso) com-

1) Et Ambr. Morandus in uita Steuchii (Steuchii opera. Uenet. 1591, I praef. fol. 4 uerso) non dicit, Albertum omnes libros Steuchio dedisse. nam uerba eius haec sunt: bibliothecam eius mirificam, quam ab Alberto Pio Carpensium principe acceperat dono, magna ex parte Fabius Steuchii frater Marcello Cervino largitus est.

perimus: „is (Regiomontanus) primae uocationi suae in Italiam ultro obsequens ut amplissimam sui nominis famam est consequutus, ita ex Constantinopolitana clade ereptos Graecos libros et uidit plurimos et descripsit non paucos articulis propriis. inter alia autem Archimedis libros de sphaera et cylindro, de circuli dimensione deque aliis rebus non tam utilibus quam necessariis mortalium generi, ueluti palam est legere in istis libris, quos Iacobus Cremonensis uir ea tempestate duplici honore dignus, cum quod Graece doctus esset, tum quod linguarum commercio adiutus hanc operam solus uidetur absoluere posse, in gratiam Nicolai quinti Rom. Pont. iam pridem latinos fecerat, oblatos sibi ab amicis diligentissime descripsit adiectis non raro in marginibus Graecis (quod etiam Graecorum codicum facta fuisset sibi copia), si quae uisa fuissent uel uersa duriuscule uel non admodum intelligenter descripta“. haec Iacobi Cremonensis interpretatio in editione Basileensi recepta est, ut significat titulus: „Archimedis . . . opera, quae quidem exstant omnia, latinitate iam olim donata nuncque primum in lucem edita“. quare inde de codice Nicolai papae coniecturam facere licet. statim adparet, eum cum codice Uallae arte coniunctum fuisse; nam lacuna illa uol. III p. 4, 18, quae teste librario codicis B (u. supra p. XII) eo orta est, quod unum uel plura folia codicis Uallae interciderant (nec fieri poterat, ut librarius ille in re tam facili intellectu erraret, quippe qui codicem Uallae ipse in manibus haberet), haec lacuna, inquam, iam in codice Nicolai quinti erat. nam in interpretatione Iacobi Cremonensis p. 2 ita scribitur: „unam autem lineam in plano quocunque modo connexam quamuis siue ex rectis pluribus connectatur [siue ex curuis siue ex rectis et curuis unam tamen eam ex ea connexione postulat appellari]

Hic deest una charta in exemplari Graeco.
 ipsi abcd.“

hinc igitur necessario sequitur, codicem Nicolai aut ipsum codicem Uallae fuisse, quod suspicatus eram Quaest.

Arch. p. 139—140, aut ex eo ipso descriptum.¹⁾ hoc mihi nunc ueri similis uidetur, quia uerba illa supra uncis inclusa, quibus lacunam nescio quis explere conatus est, uestigia originis Graecae serauerunt; nam „eam ex ea connexionem“ uidetur esse interpretatio nimis religiosa uerborum Graecorum τὴν ἐκ τῆς συνάψεως. quare librarius codicis Nicolai haec uerba addidit, ut lacunam codicis Uallae aliquatenus suppleret.

apographum interpretationis Iacobi Cremonensis ab Regiomontano ipsius manu descriptum, de quo loquuntur Uenatorius (u. supra p. XXII) et Regiomontanus ipse apud Gassendi (Opera V p. 469: traductio est Iacobi Cremonensis, sed nonnusquam emendata), etiam nunc in bibliotheca ciuitatis Norimbergensis exstat. de qua re primus monuit Henricus Menge (Neue Jahrb. f. Philologie 1880 p. 110). postea ipse hunc codicem examinaui, cum senatus Norimbergensis liberalissime concessisset, ut Hauriam mitteretur. est codex chartaceus centur. V, 15, qui libros Archimedis et commentarios Eutocii hoc ordine continet: Archimedis de sphaera et cylindro I—II, de circuli dimensione, de conoidibus et sphaeroidibus, de spiralibus, de planorum aequilibriis I—II, quadraturam parabolae, arenarium, Eutocii comm. in libros de sphaera et cylindro, de dimens. circuli, de planorum aequilibriis. in marginibus plurimis locis Graeca uerba notata sunt, sicut Uenatorium praedicantem uidimus (supra p. XXII). in prima pagina legitur „Thomae Venatorii sum ego“ et in ultima manu Uenatorii „Ioannes de Monte Regio nascitur anno 1436 die 6 Iunii hora 4 minut. 40 ... post meridiem. idem Regiomontanus moritur anno 1476 circiter diem 8 Iulii“. praeter Graeca Regiomontanus non

1) Et uulgo interpretatio cum Florentino in scripturae discrepantia consentit. quod hoc non ubique fit, uel librario codicis Nicolai, qui interpolatione, ut uidebimus, non abstinuit, uel Regiomontano tribuendum est. exemplo consensus sit, quod dittographia codicis F III p. 172, 17, quam correxerunt BC, etiam *Cremonensi* p. 36, 7 ante oculos erat.

raro emendationes uerborum Latinorum in margine addidit, quae omnes a Uenatorio receptae sunt, qui ex hoc ipso codice interpretationem Latinam editioni suae adiunctam (Basileae 1544) edidit.

ex locis illis, quos Regiomontanus e suo codice Graeco enotauit, suspicio, quam proposui Quaest. Archim. p. 138, Regiomontanum amicum Bessarionis nostro codice Ueneto, qui olim Bessarionis fuit (u. infra), usum esse, ualde confirmatur. nam cum ex plerisque locis a Regiomontano excerptis nihil de codice eius concludere liceat, quia eadem est scriptura omnium uel complurium codicum nostrorum, in nonnullis tamen errores eius classis codicum, cuius dux est cod. Uenetus, proprii etiam apud Regiomontanum occurrunt. quos iam adferam:

I p. 420, 9: ἔξει ἄρα καὶ ἀνομοίας] ἔξει οὖν ἀμετριᾶ
ὁμοίως Regiom., Uenet. ap. Torellium
p. 294 q.

III p. 68, 16: ἔσται ἡ κίνησις] ἔστω ἡ κίνησις Regiom.;
Uenet. ap. Torellium p. 135 d.

III p. 98, 17: μαμαρικῶν] μακαρικῶν Regiom., Uenet.
p. 143 q.

III p. 104, 3: διπλάξ'] ἐδιπλασίαζεν Regiom., διπλασίαζεν
Uenet. p. 144 a.

III p. 106, 23: καταρήσεις] καταμετρήσεις Regiom., Uenet.
p. 145 m.

III p. 152, 7: ἀπλῶς μὲν] μὲν Regiom., Uenet. p. 163 f.

III p. 300, 17: Ὠκντοκλω] ὠκντοβλω Regiom., Uen. p. 216 s.
et exemplaria Bessarionis interdum disertis uerbis significat Regiomontanus, uelut de planor. aequil. II, 8 extr. adnotauit: „sic scribitur in exemplari dñi. b cardinalis et veri simile est ita translatum esse ex graeco. sed male actum est“; de plan. aequil. I, 15 extr. „male stat. uide exemplar utrumque dñi Niceni graecum et latinum. uide etiam exemplar uetus apud magistrum Paulum“. ¹⁾ nam

1) In his locis collationem meam meo rogatu beneuolenter *partim confirmauit* partim correxit Frommannus u. d., praefectus museo Germanico Norimbergensi.

„dominus Nicenus“ est Bessarion, quem constat a. 1436 archiepiscopatum Nicaeae adeptum esse. eius exemplar Latinum, de quo loquitur Regiomontanus, et ipsum Uenetii adseruatur; est cod. lat. CCCXXVII saec. XV („olim Bessarionis“, u. Latina et Italica D. Marci bibliotheca codd. mss. praeside L. Theupolo. Uenet. 1741 p. 140), quo continentur Archimedis de sphaera et cyl. I—II cum expositione Eutocii, de dimens. circuli cum exposit. Eutocii, de figuris conoid. et sphaeroidib., de lineis spiralib., de plan. aequiponderant. cum Eutocio, de quadratura parabolae, de numero arenae. quamquam hic nomen interpretis omissum est, tamen dubitari nequit, quin sit apographum interpretationis Iacobi Cremonensis; nam ordo librorum qualis hic est, in hac interpretatione sola inuenitur; in ceteris omnibus fontibus libellus de arenae numero ante librum de quadratura parabolae collocatur. credideris igitur, Regiomontanum hunc ipsum codicem descripsisse; uerum alio exemplari usus esse uidetur, cuius apographum deinde cum codice Latino Bessarionis contulit. nam in quadr. parab. 14 uerba „sicut autem *ba* ad *bf*, ita mensula *de* ad spacium *g*. spacium igitur *q* spacio *r* maius est. nam hoc ostensum est“, quae in Graecis codicibus desunt, in interpretatione autem Basileensi p. 149 uncis inclusa sunt, etiam Regiomontanus uncis inclusit, et deinde in margine scripsit „vacat“¹⁾ et paullo infra „in exemplari dñi erat additamentum“, quod sine dubio de Latino, non de Graeco codice Bessarionis accipiendum est, sicut etiam „exemplar dñi b cardinalis“ in nota supra adlata (ad plan. aequil. II, 8). idem colligi potest ex nota ad pl. aeq. I, 15. — sed supra p. XXII uidimus, Regiomontanum teste Uenatorio complurium codicum Graecorum copiam habuisse, et hoc confirmatur ea adnotatione, quam p. XXIV adtulimus. posterior eius pars: „vide etiam exemplar vetus apud magistrum Paulum“ manu quidem Regiomontani, sed alio genere atra-

¹⁾ Hoc de codd. Graecis accipio.

menti scripta est et apertissime aliquanto post addita. eodem atramento, quo hoc additamentum, in libro de lineis spiralibus additi sunt alteri propositionum numeri, qui a prop. 18 incipiunt. ibi in margine adnotavit Regiomontanus: „notas illas propositionum ex greco novo¹⁾ exemplari“. hi numeri posteriores ita se habent, ut 19 ponatur in prop. 18 II p. 74, 17, deinde propp. 20—25 respondeant propp. 19—24 editionis, 26 ponatur II p. 102, 20, deinde prop. 27 respondeat prop. 25 ed., 28 ponatur II p. 112, 7, prop. 29 respondeat prop. 26 ed., 30 ponatur II p. 122, 13, prop. 31 respondeat prop. 27 ed.; denique prop. 28 ed. nullus additur nouus numerus. cum haec omnia cum numeris codicis Florentini (de ceteris codd. hic nihil certi scimus; in editis series numerorum emendata est, nisi quod in interpretatione Cremonensis numerus 19 praetermittitur) prorsus congruant, sicut adparebit ex adnotationibus nostris, suspicari licet, illud exemplar uetus Pauli magistri ipsum codicem Uallae fuisse. quae si uera est coniectura, hinc de fatiis codicis Uallae nouum testimonium nanciscimur, eum, ante quam in possessionem Uallae peruenerit, Pauli magistri fuisse. is uix alius esse potest ac Paulus (Albertini) Uenetus, natus circiter a. 1430, mortuus a. 1475, monachus illo tempore haud ignotus, qui etiam in nummo memoriali „M.“ h. e. magister appellatur (Tiraboschi: Storia della letterat. Ital. VI¹ p. 288 sq.).

Iam ad codices deteriores transeamus. sunt igitur hi:

Codex Uenetus Marcianus CCCV membran., saec. XV (V) continens eadem ac Florentinus et eodem ordine; post Archimedem et Eutocium sequitur idem fragmentum Heronis (u. Morellius: Biblioth. manuscr. I p. 186). in prima pagina legitur *κτῆμα βησσαρίωνος καρθηναλέως*, et Bessario hic illic errores grauiores correxit, sed pleraeque emendationes ab ipso librario factae esse uidentur. ad scholium *περὶ ἑλίκ.* 10 Bessario adscripsit: *ση. τοῦτο σχόλιόν*

¹⁾ H. e. sine dubio „e codice Graeco, quem postea inspexi“; neque enim de aetate codicis accipi potest.

ἔστι εἰς τὸ ι θ(εώρημα) ὠραῖον πάνν. in epigrammate Eratosthenis idem uersus distinxit, supra scripsit *στίχοι ἠρωελεγεῖοι*, denique III p. 114, 3 *συνημῶν* in *συνηβῶν* correxit. figurae fortasse postea a Bessarione ipso additae sunt.

Codex Parisinus 2359, chartaceus, olim Medicæus, saec. XVI (A); continet eadem opera Archimedis et Eutocii, quae Uenetus. duorum librariorum manu scriptus est, quorum alter, qui a folio 33 incipit, teste Carolo Graux Nicolaus Murmuris est, qui circiter a. 1541—42 Uenetiis multos codices describebat.

Codex Parisinus 2362, chartaceus, Fonteblandinensis, saec. XVI (D), eadem continens quae A.

Si supra recte statuimus, codicem Florentinum a. 1491 demum scriptum esse, fieri non potest, ut codex Uenetus, sicut antea arbitratus eram, ex eo descriptus sit, cum Bessario iam a. 1472 mortuus sit et Uenetus a. 1468 cum tota eius bibliotheca in Marcianam peruenerit. itaque putandum est, similitudinem summam horum codicum inde effectam esse, quod ambo ex eodem archetypo, codice antiquo illo Georgii Uallae, fluxerunt, ita ut hinc quoque fides librarii codicis F in antigrafo reddendo haud mediocriter confirmetur. uelut, ut pauca exempla adferam, I p. 8, 11: *τομέα δὲ στερεὸν καλῶ ἐπειδάν* in F legitur *τομέ[α δὲ καλῶ] ἐπειδάν*, ita ut, quae uncis inclusi, postea addita sint. itaque archetypus Uallae hoc loco obscurior fuit (sed in BC tamen uera scriptura exstat); in Ueneto est *τὸ με ἐπειδάν* lacuna relicta. III p. 30, 14 compendium uocabuli *γίνεται* (quod uocabulum totum in BC exstare uidetur) in F ita scriptum est, ut pro *γάρ* accipi possit, et ita sine dubio in archetypo fuit; nam ob similitudinem uocabulorum *γάρ* (quod tamen in F hoc loco compendio scriptum non est) et *γίνεται* accidit, ut in Ueneto post *ὅτι γάρ* interciderint *ἢ οὕτως ἀγομένη παράλληλος γίνεται*. praeterea memorabile est, codicem Uenetum in duobus eorum locorum, ubi Ualla ipse cum BC contra F consentit (u. supra p. XIII), rursus a partibus codicis F contra *reliquos stare*; nam III p. 76, 26 etiam V περ-

φέρειαν habet pro *περιφέρεια* (u. Torellius p. 137 w)¹⁾ et III p. 124, 22 τὰ ὑπό pro τὸ ὑπό (u. Torellius p. 149 z).²⁾ itaque saltem dubitari potest, an F his quoque locis fidelius archetypum expresserit quam ceteri omnes, quamquam fieri potest, ut scriptura codicis Uallae uera quidem fuerit (quae deinde in BC interpretationemque Uallae transiit), sed obscurior et talis, ut locum errandi dederit (unde ortus est idem legendi error in FV).

nec desunt, quae confirmant, codicem Uenetum non ex ipso F descriptum esse. primum commemorandum est, fragmentum Heronianum uel potius Epiphonianum ei adiunctum in Ueneto quoque, sicut in Parisino C (p. XI), paullo breuius esse quam in F (sed tamen quattuor uerbis longius quam in C); quare ne librarius codicis V quidem in difficultatibus archetypi hac in parte detriti explicandis tantum laborare sustinuit, quantum is, qui codicem F descripsit. nam si Uenetus ex F descriptus esset, non intellegitur, cur ultima pars aequae lectu facilis ac cetera in Ueneto recepta non sit. deinde I p. 6, 7 ἀποστέλλομεν, quod in F exstat, in Ueneto omissum est lacuna relicta, et hoc uerbum in archetypo difficile lectu fuisse, inde adparet, quod in B post lacunam λλομεν solum legitur. etiam I p. 6, 10 Uenetus cum BC ἐρρωμένως praebet, non ἐρρωμενω ut F. II p. 80, 19 dittographia codicis F in V non inuenitur; cum ne in BC quidem exstet, librario codicis F, non archetypo tribuenda est. omnino saepius errores inepti codicis F in V non reperiuntur, quod ideo magni momenti est, quod librarius codicis V apertissime non intellexit, quae scribebat, et ea de causa coniecturas uix tentauit. huius generis adferam II p. 262, 15—16, ubi in V cett. recte est σελήνας, in F uero ελινας.³⁾ ita-

1) *περιφέρεια* BC, „ambitus“ Ualla.

2) τὸ ὑπό BM BC, „quod est sub bm“ Ualla.

3) Mirum est, Uenetum solum ex apographis codicis Uallae, si collationibus Torellianis credendum est, II p. 296, 26 *scripturam*, ut uidetur, ueram ὑπάμων i. e. ὑπ' ἀμῶν retinuisse.

que concludendum est, codicem V non ex F, sed ex anti-grapho eius deriuatum esse.

Codices Parisinos AD ex V dependere ex communibus eorum lacunis permultis demonstrari Quaest. Archim. p. 133. relinquitur causa dubitandi, utrum D ex ipso V, quod etiam nunc credo, an ex A descriptus sit; u. H. Menge: Neue Jahrbücher 1880 p. 111—112; Quaest. Archim. p. 137. quam quaestionem, si operae pretium est, diligens collatio codicum VAD dirimet. hoc certe constat, codicem A apographum esse codicis V, et Parisinum D, siue ex V siue ex A descriptus sit, nullius prorsus pretii esse.

Sequitur, ut de codicibus Tartaleae agamus.

Nicolaus igitur Tartalea, Brixianus, mathematicus praecclarus († 1557) Uenetiis a. 1543 interpretationem nonnullorum operum Archimedis (de centrīs grauium uel de aequerepentibus I—II, tetragonismus sc. parabolae, dimensio circuli, de insidentibus aquae I) Latinam edidit, in cuius praefatione fol. 2 ita scribit: „cum sorte quadam ad manus meas peruenissent fracti et qui vix legi poterant quidam libri manu graeca scripti illius celeberrimi Philosophi Archimedis . . omnem operam meam, omne studium et curam adhibui, ut nostram in linguam, quae partes eorum legi poterant, conuerterentur, quod sane difficile fuit. nam et temporum vetustate et eorum incuria, qui hosce libros detinuerant, errores non paucos fuisse corrigendos certe scias velim. visis autem horum titulis librorum et perlecto uniuerso opere Philosophum hunc et magna et constanti fama clarissimum habitum longe maiorem et clariorem etiam inuentum fuisse mihi clarissime patuit. ideo cupidus ego (ut dixi) hosce libros perspexi, ordine procurri¹⁾ et omnia demum diligentissime perpendi,

1) Error typhotetae est pro: percurri. omnino liber Tartaleae talibus erroribus scatet, sicut ex adnotatione mea ad libros *περὶ ὀζονμένων* patet. ridiculi causa hic duo addam: fol. 2^v: ualde aequerepentibus pro: uel de aeq.; fol. 19: de centrum *gravitatis* uel *duplacionis* (h. e. de planis) aequerepentibus. *infra legitur* „oppositis“ pro „appositis“.

verum cum locos multos deprauatos et figuras quasdam ineptas et ad rem nihil facientes offendissem, ab incepto desistere pene coactus sum. sed desiderio incredibili id opus inspiciendi accensus magna ex parte erroribus purgatum et propria manu figuris aptis et propriis oppositis luce dignum censi et maxime eam partem, quam et verbis et exemplis, quantum in me fuit, dilucidam reddidi, donec totum opus, quod (ut spero) breui a me fiet, omnino castigetur". deinde a. 1565 a Troiano Curtio bibliopola Ueneto libri II de planorum aequilibriis e schedis Tartaleae editi sunt (praef. quare cum habeam adhuc apud me Archimedes de insidentibus aquae ab ipso Nicolao in lucem reuocatum et, quantum ab ipso fieri potuit, ab erroribus librarii emendatum et suis lucubrationibus illustratum, uideor fraudare omnes litteratos sua possessione, ni omnia, quae huius ingeniosissimi uiri apud me restant, in lucem emisero). utriusque libro in hac editione proprium praefigitur folium titulum et signum typographi praebens, et eadem praefatio utriusque praemissa est. liber primus prorsus eadem forma ac apud Tartaleam ipsum repetitur, nisi quod initium et finis paginarum propter typos maiores non semper eadem sunt (tamen apud utrumque liber foliis quattuor et dimidio continetur); praeterea apud Tartaleam titulus est: liber Archimedis de insidentibus aquae (in fine: explicit de insidentibus aquae liber), apud Curtium uero: Archimedis de insidentibus aquae liber primus (in fine: explicit de insidentibus aquae liber primus). in libro ipso praeter unum et alterum errorem typhothetae nihil mutatum est.

cum Tartalea librum I de insidentibus aquae ceteris libris, quos e codice Graeco se sumpsisse testatur, sine ullo indicio fontis noui adiunxerit, iure putaueris, eum hunc etiam in uetusto illo codice repperisse. sed est, cur de hac re dubitemus. nam primum quamquam interpretatio libri I *περὶ ὀγκομένων*, si summam spectes, similis est interpretationi ceterorum librorum et uniuerso genere *et in singulis uerbis Graecis Latine reddendis*, tamen ad

codicem Graecum aliquanto propius adcedere uidetur; in primis syntaxis Graeca, cuius in ceteris libris uix ullum uestigium deprehenditur, saepissime hic seruata est, uelut genetiuis post comparatiuum pro ablatiuo et similia.¹⁾ deinde constat, Tartaleam octo annis post nullum codicem Graecum ad manus habuisse; nam in libro, qui inscribitur Ragionamenti sopra la sua travagliata inventione (Uenetiis 1551) in ragionam. I fautori cuidam ita scribit: „ragionandomi vostra signoria questi giorni passati, magnifico signor Conte, de l'opra di Archimede Siracusano da me data in luce e massime de quella parte, che e intitolata de insidentibus aquae quella me notifico esser molto desiderosa di trouare e di vedere l'original greco, dove che tal parte era stata tradotta. Per la qual cosa compresi, che vostra signoria ricercaua tal originale per la oscurità del parlare, che nella detta traduttion latina si pronontia. Onde per leuar questa fatica a vostra signoria di star a ricercare tal original greco (qual forse piu oscuro e incorretto lo ritrouaria della detta traduttion latina) ho dechiarata e minutamente dilucidata tal parte in questo mio primo ragionamento“. quamquam hinc pro certo concludi non potest, Tartaleam ipsum nunquam codicem Graecum huius libri habuisse, tamen non possumus non mirari, hunc codicem tantulo spatio annorum tam penitus oblitterari potuisse, ut ne Tartalea quidem fautori suo eum studiosissime, ut uidetur, quaerenti indicare posset, quo peruenisset. praeterea uerba: qual forse piu oscuro e incorretto lo ritrouaria mira essent, si ipse ex hoc codice interpretationem suam sumpsisset. omnino totus locus facilius explicari mihi uidetur, si statuerimus, ne Tarta-

1) Nam hoc sine ullo dubio adfirmari potest, hunc et ceteros libros a Tartalea editos e Graeco conuersos esse, non ex Arabico sermone, quod crediderit quis, quia fol. 11 legitur Archimenidis, forma nominis ab Arabibus ad multas interpretationes Latinas medii aeni propagata. sed sermo et species horum librorum talis est, ut necessario e Graeco fonte fluxisse putandi sint, sicut praedicat Tartalea.

leam quidem ipsum Graecum codicem hac in parte habuisse. hoc quoque memorabile est, eum de hoc libro ita loqui, ut significet, eum proprium et a ceteris diuersum locum obtinere (l'original greco, dove che tal parte era stata tradotta). huc adcedit testimonium Fr. Commandini uiri mathematices Graecae peritissimi et impigri codicum eius generis inuestigatoris. is haud ita multis annis post (Bononiae 1565) in praefatione editionis librorum *περὶ ὀβουμένων* fol. 2 haec habet: „cum enim graecus Archimedis codex nondum in lucem venerit, non solum is, qui eum Latinitate donavit, multis in locis foede lapsus est, verum etiam codex ipse, ut etiam interpret fatetur, vetustate corruptus et mancus est“. his uerbis Tartaleam et descriptionem codicis eius, quam ex praefatione eius supra adtuli, significari adparet, et miramur, cur nomen eius non nominauerit. ceterum ex hoc loco concludi potest, Commandinum credidisse, etiam libros *περὶ ὀβουμένων* in eodem codice, quo cetera opera, exstitisse. sed tamen etiam hoc inde sequitur, eum Graecum codicem ne fando quidem nouisse. — his omnibus rebus adductus nunc in eam potius partem inclinauerim, ut putem, Tartaleam ex codice illo Graeco antiquo et dilacerato ceteros libros ipsum Latine interpretatum esse, sed librum I de insidentibus aquae, sicut etiam librum II, ei e Graeco Latine conuersum nescio quo modo oblatum esse.¹⁾ quod si uerum est, in promptu est suspicari, codicem illum, de quo loquitur Tartalea, ipsum codicem Uallae fuisse, qui eodem tempore fere (a. 1544) similiter a librario codicis C describitur (supra p. X). nam parum est ueri simile,

1) De origine et auctoritate fragmenti ab Ang. Maio editi quaestio difficilis est diiudicatu. hoc saltem pro certo constat, interpretationem Tartaleae non ad hanc formam libri, sed ad meliorem multo factam esse. crediderim, fragmentum illud parum et praeter primam propositiones solas sine demonstrationibus complectens conatum esse alicuius uiri docti medii *seui interpretationem* Latinam rursus Graece conuertendi, quod *idem Rivaltus* conatus est. eadem uidetur esse sententia Thuroti.

duos simul in Italia fuisse codices Archimedis, quorum uterque uetustate corruptus et passim difficilis lectu¹⁾ esset, uterque nostris temporibus plane interciderit²⁾, praesertim cum magna sit inter codicem Uallae et Tartaleae codicem in erroribus scribendi communitas cognatioque. cuius rei iam exempla quaedam dabo:

II p. 146, 14: ἐπὶ τό om. cod. Uallae; „repunt a maiori“ Tartalea.

II p. 150, 18: μεταξὺ τοῦ κέντρου cod. Uallae; „centri“ Tartalea.

II p. 152, 12: ἀντιπεπονθότων cod. Uallae; „contra passis“ Tartalea.

II p. 156, 6: ἄρτιά τε omissis καὶ — τῷ πλήθει cod. Uallae; „paresque enim sunt . . . he. similiter“ Tartalea.

II p. 158, 5: ἀντιπεπονθότων cod. Uallae; „contra passis“ Tartalea.

II p. 160, 2: τῷ A cod. Uallae; „ipsi a“ Tartalea.

II p. 160, 8: ἐφ' ὃ cod. Uallae; „ad quod“ Tartalea.

II p. 162, 12: τὰς — πλευρᾶς cod. Uallae; „lateris“ Tartalea.

II p. 162, 20: ποια cod. Uallae; „aliqua“ Tartalea.

II p. 174, 17: ἀποκα cod. Uallae; „aliqua“ Tartalea.

II p. 176, 9: ἔσται cod. Uallae; „erit“ Tartalea.

II p. 182, 18: ἐσσεῖται] εἰ cod. Uallae; „si“ Tartalea.

II p. 188, 6: ἔχωντι] ἔχοντα cod. Uallae; „habentia“ Tartalea.

II p. 194, 1: ΑΕΚΓ] ΕΖΙΚ cod. Uallae; „ezir“ Tartalea.

II p. 218, 4: μεγίστας τῶν ἀναλογιῶν cod. Uallae; „ad maximam proportionem“ Tartalea.

1) Quamquam adparet, Tartaleam in libris, quos primos ederet, eligendis, breuissimum quemque praetulisse, ueri simile est, etiam lacunam in initio libri I de sphaera et cyl. eum deterruisse, ne hos libros ederet, cum ipse dicat, se eas partes edere, quae minimo negotio legi possent.

2) De figuris in codice Uallae corruptis, quod Tartalea de suo codice tradit (p. XXXI), etiam librarius codicis B queritur (u. supra p. IX).

- II p. 230, 22: *ἐφαπτομέναι* cod. Uallae; „attingentes“ Tartalea.
- II p. 234, 17—18: *τῆς AZ — τῆς διπλασίας* om. cod. Uallae; „altitudinem autem compositam ex dupla ipsius nx“ Tartalea.
- II p. 236, 2 et 4: *NΞ, NO] NΞO* cod. Uallae; „nxo“ Tartalea.

praeterea etiam apud Tartaleam, sicut in nostris codicibus, libri I de planor. aequil. propp. 1—2 sine numeris leguntur, ita ut numeri propositionum per totum librum duobus minores sint uero.

in libris de quadratura parabolae et de dimensione circuli Tartalea interpretationem alienam adripuit, quamquam ne uerbo quidem huius rei mentionem fecit (id quod fidem facit, eum etiam in libris *περὶ ὀχουμένων* alio fonte, ac in ceteris libris edendis, uti potuisse, etsi eum non diserte commemorauit). nam libri de quadratura parabolae et de dimensione circuli iam a. 1503 a Luca Gaurico Latine editi erant (Tetragonismus id est circuli quadratura per Campanum Archimedes Syracusanum atque Boetium mathematicae perspicacissimos adinuenta. in praefatione: Lucas Gauricus Iuphanensis ex regno Neapolitano mathematicae studiosis s. d. subscriptio est: dautum i almo studio Patauino 1503. 15 Kalendas Sextiles. in fine libri: impressum Venetiis per Ioan. Bapti. Sessa anno ab incarnatione Domini 1503 die 28 Augusti. — 4^{to}), et hanc interpretationem Tartalea ad uerbum recepit seruatis et erroribus ineptissimis et interpunctione peruersa. perpaucas tantum modo lacunas expleuit, figuras et litteras figurarum interdum mutauit.¹⁾ hinc Tartalea fol. 19^v titulum recepit: Archimedis tetragonismus, qui apud Gau-

1) Solus, quod sciam, hanc rem commemorauit Mazzucchelli: *Notizie storiche intorno alla vita, alle invenzioni ed agli scritti di Archimede siracusano*, Brescia 1737. 4. p. 95. postquam in hunc locum tamdiu indignae obliuioni traditum incideram, ipse exemplum huius libri rarissimi, quod possidet magna *bibliotheca regia Hauniensis*, contuli.

ricum communis est inscriptio utriusque libri; deinde singulorum librorum tituli et apud Gauricum et apud Tartaleam hi sunt: incipit Archimedis („Archimedis“ Tartalea) quadratura parabolae, et: Archimedis Syracusani liber. quem codicem secutus sit, Gauricus non dicit; in praefatione hoc solum habet fol. 2^v: Campani igitur atque Archimedis de tetragonismo circuli demonstratio quoniam ad nostras manus peruenit, nullatenus supprimendam existimaui. itaque ne hoc quidem constat, utrum ipse hos libros e Graeco conuerterit an interpretationem Latinam nactus sit. sed quidquid id est, constat, interpretationem eius, quae longe deterior est quam Iacobi Cremonensis et Graeca tam presse sequitur, ut saepissime non modo ab usu linguae Latinae, sed ab omni sensu abhorreat, e codice simillimo codici Uallae uel ex eo ipso deriuatam esse. nam non solum in eius archetypo, sicut in F et sine dubio in codice Uallae, propositiones libri de quadratura parabolae numeris prorsus carebant, quod inde intellegitur, quod saepissime propositiones pessime diuisa coniunctis duabus et una in duas uel etiam plures discisa (numeros propositionum Tartalea addidit plerumque sectiones Gaurici maioribus solum litteris significatas secutus); sed etiam plerumque errores codicis Uallae hic quoque deprehenduntur, uelut:

I p. 264, 11: φqa' η"] φqa' cod. Uallae; „591“ Gauricus.

I p. 266, 7: ἐστὶ πολυγώνου πλευρὰς ἔχοντος ρς' cod. Uallae; „est polygonii circa circulum habentis latera 96“ Gauricus.

I p. 266, 21: ατνα'] τνα cod. Uallae; „351“ Gauricus.

I p. 268, 5: ἴση om. cod. Uallae; „qui sub hrg tertio ei qui sub agh“ Gauricus.

I p. 268, 12: γγ' λδ"] γγ' γ' δ' cod. Uallae; „3013. 3. 4“ Gauricus.

I p. 268, 14: εδκδ'] ετκδ' cod. Uallae; „5324“ Gauricus.

I p. 268, 15: σμ] σν' cod. Uallae; „250“ Gauricus.

I p. 268, 15: δ' ιγ"] δ' ιγ' α' cod. Uallae; om. Gauricus.

I p. 268, 16: ια" om. cod. Uallae; „1838. 9“ Gauricus.

- I p. 270, 1: ξς'] cξς cod. Uallae; „266“ Gauricus.
 I p. 270, 1—2: *ἐκατέρα γὰρ ἐκατέρα οἰμαι ἄρα πρὸς τὴν
καταγωγῆς* cod. Uallae; „utraque enim
utrique exstimo¹⁾ ergo ad 1076“ Gauricus.
 I p. 270, 4: ΑΓ] ΑΓ cod. Uallae; „ag“ Gauricus.
 I p. 270, 7: στλς'] στας' cod. Uallae; „6301. 6“ Gau-
ricus.
 I p. 270, 8: βιζ'] ζιζ' cod. Uallae; „7012“ Gauricus.
 I p. 270, 14: *ἐλάσσων μὲν ἢ ἑβδόμῳ μέρει μείζων δέ*
cod. Uallae; „et minor quidem quam
septima parte maior“ Gauricus.
 II p. 294, 4: τίν] τινα cod. Uallae; „quendam“ Gauricus.
 II p. 294, 19: ὥστε] ὅπερ cod. Uallae; „quod quidem“
Gauricus.
 II p. 296, 2: ὕπ' εὐθείας τε om. cod. Uallae, Gauricus.
 II p. 296, 3: *προτέρων] πρώτων* cod. Uallae; „primorum“
Gauricus.
 II p. 296, 22: *ὁμοίως* cod. Uallae; „similiter praedicto
fundamento accipientes“ Gauricus.
 II p. 300, 4: *ἀχθέωντι] ἀχθασαν* cod. Uallae; „ducantur“
Gauricus.
 II p. 300, 21: KH] KI cod. Uallae; „ki“ Gauricus,
„kh“ Tartalea.
 II p. 304, 26: *κάτω νοείσθω] κατανοείσθω* cod. Uallae²⁾;
„hoc quidem ad eandem ipsi dz intelli-
gantur, haec autem ad alteram sursum“
Gauricus.
 II p. 306, 5: *ἔχοντι] ἐόντι* cod. Uallae; „existenti“ Gau-
ricus.
 II p. 306, 8: *ἐγκα ἀπὸν ὀρῶνται* cod. Uallae; „assimi-
latur linea ag ipsi orizonti“ Gauricus.³⁾

1) H. e. aestimo (non: existimo).

2) Si re uera in codicibus Parisinis legitur *κάτω*, hinc rursus cernitur, codicem F archetypum maiore fide quam ceteros sequi; neque enim Gauricus ipso F usus esse uidetur (u. infra). in V tamen est *κατανοείσθω*.

3) Etsi hinc non adparet, quid Gauricus in suo codice *legerit*, hoc certe constat, eum similiter corruptum fuisse.

- II p. 308, 9: φανερόν, ὅτι καὶ . . . ὅτι cod. Uallae; „manifestum autem quod et si . . . quod“ Gauricus.¹⁾
- II p. 314, 10: διὰ τὰ αὐτά] δι' αὐτά cod. Uallae; „propter hoc prioribus“ Gauricus.
- II p. 314, 15: μεῖζονα λόγον ἔχον cod. Uallae; „maiorem proportionem habens“ Gauricus.
- II p. 320, 6: τᾶς τομᾶς cod. Uallae; „a sectione“ Gauricus.
- II p. 326, 7: δῆ] δέ cod. Uallae; „autem“ Gauricus.
- II p. 326, 16: καθ' ἃ] καθ' ὃ cod. Uallae; „ubi“ Gauricus.
- II p. 330, 17: ΠΟ] ΠΞ cod. Uallae; „ps“ Gauricus.
- II p. 336, 11: ΒΔΓ τριγώνου cod. Uallae; „trigoni b d g“ Gauricus.
- II p. 336,^f26: κώνου om. cod. Uallae; „in sectione rectanguli ducta“ Gauricus.
- II p. 348, 12: Α, Β, Γ, Δ] ΑΒΓΔΕ F; „a. b. g. d. e“ Gauricus.²⁾

hic illic apud Gauricum proprii errores occurrunt, sed num ad codicem Graecum, unde interpretatio eius originem ducit, referendi sint, incertum est; nam omnes interpreti tribui possunt, uelut I p. 264, 16 et 17 bis pro μεῖζονα habet „minorem“; I p. 268, 8—9: καὶ ὡς — πρὸς ΗΓ omisit. praeterea saepissime signum κ = $\frac{1}{2}$ peruerse legit (I p. 266, 9: δχογ' κ — 4673. 7; p. 266, 12: δχογ' κ — 4673. 5; p. 266, 13: χξξ' κ — 667. 5; p. 266, 14: δχογ' κ — 4673. 5). ne hoc quidem praetermittendum est, II p. 300, 19: ἃ KH apud Gauricum legi „quae hk aliter ki“ („hi aliter ik“ Tartalea), quod ad alteram figuram referri uidetur. II p. 330, 13: καὶ ἀπὸ τῶν Η, Ι, Κ σμειλων om. Gauricus. — iam eos locos

1) II p. 304, 23 — 306, 19 errore bis habet Gauricus; correxit Tartalea.

2) Hinc apud Gauricum etiam II p. 348, 15 idem error ortus est; habet enim „b. g. d. e“ (B, Γ, Δ nostri codices). utrumque correxit Tartalea. II p. 328, 16 etiam apud Gauricum et Tartaleam est „palam igitur est“, nec plura.

colligam, ubi errores codicis Uallae apud Gauricum correcti sunt:

- I p. 260, 6: *ἐλάττων*] *μείζων* cod. Uallae; „minor“ Gauricus.
- I p. 264, 3: *ὄν*] *ῥ' ὄν* cod. Uallae; „proportionem habet quam“ Gauricus.
- I p. 266, 2: *ἰσογ' ἴ]* *ἰσογ* cod. Uallae; „4673“ Gauricus.¹⁾
- I p. 268, 9: *ΑΗ*] *ΑΗ* cod. Uallae; „ah“ Gauricus.
- I p. 270, 11: *ἰ' οα'*] *ὄν ο' ια'* cod. Uallae²⁾; „10. 71“ Gauricus.
- I p. 270, 12: *ἰ' οα'*] *θ' ια'* cod. Uallae; „10. 71“ Gauricus.
- II p. 298, 11: *τῷ ΑΓ*] om. cod. Uallae; „ipsi dg“ Gauricus.
- II p. 298, 11—12: *αἴ τε* — *ἐπιπυρεύουσαι* cod. Uallae; „quae ag et secundum b contingens“ Gauricus.
- II p. 300, 5: *παρὰ τὰν κατὰ τὸ Β*] om. cod. Uallae; „penes eam, quae secundum b contingentem“ Gauricus.
- II p. 300, 10: *δέ]* *δή* cod. Uallae; „autem“ Gauricus.
- II p. 304, 16: *ἄ ΚΑ*] om. cod. Uallae; „quae lk“ Gauricus.
- II p. 310, 1: *τῷ Α . . τῷ ΖΑ*] *τῷ Α . . τῷ ΖΑ* cod. Uallae; „l . . zl“ Gauricus.
- II p. 310, 5: *ὁ ΑΓ*] *ὁ ΑΒ* cod. Uallae; „abg“ Gauricus.
- II p. 312, 8: *ΑΓΚ*] *ΑΕΚ* cod. Uallae; „dgk“ Gauricus.³⁾
- II p. 318, 5: *Α*] *Α* cod. Uallae (FV); „l“ Gauricus.
- II p. 324, 20: *ΒΓΔ*] *ΑΓΔ* cod. Uallae; „bgd“ Gauricus.
- II p. 326, 9: *τὰ αὐτὰ τῷ τμήματι*] *τὰ τῷ τμήματι* cod. Uallae; „ad eandem portioni“ Gauricus.
- II p. 326, 19: *ΜΗ, ΝΙ*] *ΘΗ, ΙΙΙ* cod. Uallae; „mh, ni“ Gauricus.
- II p. 330, 13: *τὸ Γ εὐθείαι*] *τὰ ΓΕ εὐθείαι* cod. Uallae; „apud g rectae“ Gauricus.

1) Hic Cr. cum cod. Uallae congruit (4473).

2) Ortum est ex *οα'*, sicut etiam lin. 12, ubi insuper *permutata sunt O et Θ*.

3) „dek“ Cr.

- II p. 340, 22: *τούτου*] om. cod. Uallae; „demonstratio autem hoc“ Gauricus.
- II p. 344, 10: *τμήμα*] *τμήματος* cod. Uallae; „in bhg portione“ Gauricus.
- II p. 344, 19: *κάνον*] om. cod. Uallae¹⁾; „rectanguli coni“ Gauricus.
- II p. 346, 7: *ἴσα ἔονται τῶ*] *ἴσων ὄντων τό* cod. Uallae; „aequalia sunt spatio r“ Gauricus („t“ Tartalea).
- II p. 346, 9: J] *qwi* cod. Uallae; „spatio i“ Gauricus.
- II p. 350, 5: *ΑΔΒΕΓ*] *ΑΔΕΒΓ* cod. Uallae; „ad beg“ Gauricus; sic etiam II p. 350, 13.

est autem, cur putemus, Gaurici interpretationem ad eundem codicem factam esse, quo Iacobus Cremonensis usus est; nam in utroque eadem interpolationes et correctiones falsae, quae sponte ab ambobus inuentae esse non possint, his locis reperiuntur:

cod. Uallae	Gauricus	Cremonensis
II p. 260, 12—13: <i>λελείφθωσαν οἱ τῶ ΠΖΑ τομῆ ὅμοιοι.</i>	accipiantursectores similes ipsi pka. ²⁾	sumptae sint itaque sectores similes ipsi pfa.
II p. 300, 7: <i>ὡς ἂ ΒΔ ποτὶ τὰν ΒΖ.</i>	ut quae bd longitudine ad bz.	sicut bd ad bf longitudine.
II p. 302, 1: <i>ἔσσειται ἄρα ὡς ἂ ΒΓ ποτὶ τὰν ΒΙ μάκει,</i>	erit ergo ut quae bg ad bi longitudo, ita quae bg ad	erit igitur sicut bc ad bi longitudine, ita dc ad df poten-

1) Si quidem collationi codd. Pariss. hoc loco credendum est; nam in V *κάνον* exstat. interpretationem Gaurici non e V derivatam esse, inde adparet, quod lacunis huius codicis uacat, uelut I p. 266, 4; II p. 326, 19; p. 334, 3. ne ii quidem errores, qui codicis F proprii sunt, usquam apud Gauricum exstant (uelut II p. 298, 10; 318, 13; 322, 9; 328, 8, 10; 330, 5, 19 al.).

2) Itaque habuerunt pro *λελείφθωσαν ἐλλήφθωσαν*, quod prauum est, et pro *τομῆ τομῆς*, quod et ipsum propter collationem *uorborum reiiciendum* est.

cod. Uallae	Gauricus	Cremonensis
$\omicron\upsilon\tau\omega\varsigma \acute{\alpha} B\Gamma, B\Theta,$ $BI \gamma\rho\alpha\mu\mu\alpha\iota.$	bt potentia. aequales enim quae dz kh. proportionales ergo sunt quae bg, bt lineae.	tia. aequales sunt enim df kg. et ideo sicut bc ad bh potentia. proportionales igitur sunt bc bh bi lineae. ¹⁾

II p. 302, 4—5: est ergo ut quae est igitur sicut cd
 $\acute{\omega}\varsigma \acute{\alpha} \Gamma\Delta \kappa\omicron\tau\iota \tau\acute{\alpha}\nu$ gd ad lineam dz ad df ita fh ad hg.
 ΘH (lacuna). ita quae ti ad lineam th.²⁾

etiam in erroribus codicis Uallae emendandis Cremonensis et Gauricus plerumque consentiunt. duos tamen locos apud Gauricum correctos, apud Cremonensem uero intactos supra p. XXXVIII not. 1 et 3 adtuli; hic duos alteros addam. II p. 304, 16 Cremonensis sic habet: „eandem ergo proportionem habet ki ad il quam dc ad da. habet autem et ki ad ih eam quam da ad dk“. hic igitur Cremonensis lacunam archetypi ita expleuit, ut „ki“ interponeret, quae linea proxime ante commemorata est; haec interpolatio necessario effecit, ut deinde pro KI scriberet „li“, et pro $\Delta\Gamma$ „dc“, quia alioquin proportio euerteretur. etiam in sequentibus in litteris errauit („ih“ pro $K\Theta$, „dk“ pro AK), sed ita ut rectam proportionem seruauerit. II p. 330, 13 interpretatio Cremonensis „et a punctis gik ad lineam ce rectam ducantur rectae“ ostendit, eum scripturam codicis Uallae sine suspitione erroris reddere uoluisse, quam adiuuauit addito uocabulo „rectae“. his igitur locis Gauricus uel auctor interpretationis eius

1) Adparet, Cremonensem interpolationem etiam propagasse. ut intellegatur congruentia, notandum, litteras Graecas $A, B, \Gamma, \Delta, E, Z, H, \Theta$ ab Cremonensi per abcdefgh, a Gaurico per abgdezht reddi.

2) Interpolationibus adnumerandum non uidetur, quod I p. 268, 1 apud Gauricum legitur „secetur in duo aequa“ (sic etiam Cr.); nam idem etiam I p. 264, 11 addidit, et Cremonensis semper „secetur“ uel „diuidatur“ habet.

ipse in ueram scripturam incidit. II p. 310, 5 dubitari potest, utrum Gauricus rectius pro falso *AB* scripserit „*abg*“ an Cremonensis „*ac*“.

ceterum errores iidem codicis Uallae apud Cremonensem et Gauricum seruati sunt paucis exceptis locis, ubi Cremonensis plus uidit et errorem sustulit, sed plerumque ita ut ipsa forma emendationis interpolationem arguat. nam I p. 268, 14; 268, 15; 268, 16; 270, 7; II p. 296, 2; 296, 22; 306, 5¹); 306, 8²); 330, 17; 348, 2 eosdem errores etiam apud Cremonensem reperimus, quibus ii loci addendi sunt, ubi uitiosorem etiam scripturam habet: I p. 264, 11: „571“ (uerbis designatum, ut semper solet); I p. 266, 21: „354“; I p. 268, 12: „3013“ omissis $\gamma' \delta'$, quia non intellexit; I p. 268, 15: „nam utraque utrinque“ sequente lacuna, quod scripturam corruptam $\delta' \psi' \alpha'$ non intellexit; etiam locum corruptissimum I p. 268, 17: $\tau\eta KA$ — 270, 3: $\xi\zeta'$ omisit magna lacuna relicta. I p. 270, 6 pro $\xi\zeta'$ habet „166“ (Gauricus recte „66“). contra errorem correxit Cremonensis, reliquit Gauricus I p. 268, 5³) („et tertius angulus *gfc* erit tertio angulo *gac* aequalis“); I p. 270, 4 („*lc*“); I p. 270, 8 („2017 $\frac{1}{4}$ “); II p. 294, 4 („*teque*“); 300, 21 („*kg*“); 304, 24 („*pars* quidem versus *d* intelligatur infra“); 314, 5 („*maio*rem igitur *proportio* nem habet“); 326, 7 („*necesse* iam est“); 326, 16 („*a* punctis quibus“); 336, 11 („*bhc*“); 336, 26 („*rectanguli coni*“). sed hos locos coniectura emendatos esse, inde colligi potest, quod in aliis locis a Cremonensi correctis interpolatio manifesta est. uelut:

1) Nam scriptura eius „sic posito“ ostendit, eum non habuisse $\sigma\upsilon\tau\omega\varsigma \xi\gamma\omicron\nu\tau\iota$, quod semper „sic se habente“ uertit.

2) Hic similitudo in primis memorabilis est: „*ac* linea ipsi librae assimilatur. terminantur autem lineae ad angulos rectos ex ipsa *ac* ductae in plano erecto super horizontem et erunt perpendiculares super horizontem“.

3) Omnino hic Gauricus (et Tartalea) locum nescio quomodo corruptit; habet enim „*et communis* qui sub *ahg* rectis et *terminatis* erit qui sub *hrg* tertio ei qui sub *ahg*“.

I p. 266, 7: „est latus figuræ multorum angulorum circa circulum descriptæ, quæ 96 lateribus concluditur“.

I p. 270, 14: „unde colligitur, circuli circumferentiam sua diametro maiorem esse quam triplam sesquioctauam minorem uero quam triplam sesquiseptimam“.

II p. 294, 19: „sumentes non facile concessibilia fundamenta ipsis, sane cum hæc ipsa a quamplurimis non inuenta sunt. illud etiam diulgatum, portionem“.¹⁾

II p. 296, 3: „ueterum“ (si legisset *πρωτέροις*, scripsisset sine dubio „priorum“).

II p. 308, 9: „manifestum quoque est, quod si triangulus bdc spaciū f triplus exstiterit, ambo similiter constituta aequponderabunt“.

II p. 314, 10: „per eandem quæ in superioribus rationem“.

II p. 320, 6: „a punctis diuisionum.“

itaque constat, interpretationem Gaurici a Tartalea receptam codice interpolato²⁾ Nicolai V niti, et loci a codice Uallæ discrepantes aut codici Nicolai tribuendi aut a Gaurico ipso mutati sunt. huius generis postremo loco quaedam adiiciam, ubi Gauricus scripturam falsam codicis, quam non intellexeret, interpretatione ad sensum recte diuinatum formata felici coniectura expediuit; etiam scripturam Cremonensis addidi.

Gauricus.

Cremonensis.

II p. 304, 23: intelligatur ergo propositum in recto ad intelligatur autem hoc primum, quod est in inspectione

1) Ut intelligatur differentia utriusque interpretis in iisdem uerbis corruptis reddendis, adponatur Gaurici huius loci interpretatio: „sumentes non facile concessibilia fundamenta, quæ quidem ipsis a plurimis non inuenta hæc despecta sunt. portionem autem“.

2) Unam interpolationem supra arguimus p. XXIII, plures breuiter indicauimus Quaest. Archim. p. 105.

Gauricus.

orizontem et lineae a. b. hoc quidem cett.¹⁾

II p. 308, 13: et suspendatur apud b trigonum gdh amblygonium basim quidem habens cett.²⁾

II p. 338, 10: in portione contenta a recta et a sectione rectanguli conici quae a media basi ducta est cett.³⁾

II p. 338, 20: penes lineam contingentem sunt, palam quod cett.⁴⁾

II p. 294, 11: $\acute{\upsilon}\phi'$ $\eta\mu\acute{\omega}\nu$ apud Gauricum et Tartaleam est „ab aliis“, id quod uix aliter explicari potest, ac si supposuerimus, in Graeco codice fuisse $\Upsilon\Upsilon\Lambda\text{M}\Omega\text{N}$, quod pro $\Upsilon\Upsilon\Lambda\Lambda\Lambda\Omega\text{N}$ acceptum sit. itaque ueri simile est, codicem Uallae quoque hoc loco genuinam formam Doriensium $\acute{\upsilon}\pi'$ $\acute{\alpha}\mu\acute{\omega}\nu$ seruasse et eam in omnibus nostris huius codicis apographis in uulgarem mutatam esse, quod idem II p. 296, 26 in omnibus excepto Ueneto factum („a nobis“ Cremonensis utrobique).

Inter emendationes a Tartalea in sua editione interpretationis Gaurici receptas memorabiliores (nam minora

1) Itaque cum Cremonensis hic Graeca quamuis corrupta cum fide sequatur, Gauricus locum eodem modo, quo ego, emendare conatus est, sed plura etiam omisit ($\tau\acute{o}$ $\acute{\epsilon}\nu$ $\tau\acute{\alpha}$ $\theta\epsilon\omega\rho\lambda\acute{\alpha}$).

2) Fortasse tamen hic errore typographico omissum est „sit autem trigonum gdh“. nam constructio manca est.

3) Hic uterque in eandem emendationem incidit, quam ego coniectura mea recepi.

4) Hic quoque ueram scripturam inuenit, et sententia quidem loci satis patet.

Cremonensis.

propositum sitque conspectum ad horizontem erectum et lineae a. b. deinde pars cett.

et suspendatur secundum b triangulus cdg. triangulus uero cdg sit triangulus amblygonius, qui basim habeat cett.

in portione a linea recta et a rectanguli conici comprehensa sectione linea ducta a media base cett.

sunt aequedistantes contingenti sectionem in puncto b, constat cett.

quaedam maxime ad litteras figurarum pertinentia adnotare supersedeo) hae sunt, quibus id quoque efficitur, ut eius licentia interpolandi manifesto documento conuincatur:

Codex Uallae	Gauricus	Tartalea	Cremonensis
I p. 264, 7: συναμότερος ἢ ZE, EI.	simul utraque quae re.	simul utraque quae re et eg.	utraque simul fe, ec.
I p. 264, 4: λόγον ἔχει ἢ ὄν.	proportionem habet quam.	maio-rem pro- portionem ha- bet quam.	habet propor- tionem quam.
I p. 264, 10: ^{λδ} Μ, θυν' πρὸς ^β Μ, γυθ'.	proportionem habet quam ¹⁾ ad 23409.	proportionem habet quam 349450 ad 13409. ²⁾	proportionem habet quam 326041 ³⁾ ad 23409.
I p. 264, 11: μήκει ἄρα ὄν.	longitudine ergo quam.	longitudine ergo maiorem quam.	longitudine uero sicut.
I p. 264, 15: τῆ EK.	per eb.	per ek.	ducta linea ek.
II p. 300, 16: τέμνουσα τὰν διὰ τῶν A, Γ εὐθειῶν.	secans rectam quae per punc- ta bg.	secans rectam quae per punc- ta bg in punc- to t et circon- ferentia[m] circuli in puncto h.	quae sit fh di- uidens lineas rectas cb ac. ducatur item alia aequedi- stans ipsi ac secans lineam bd, quae sit kg. ⁴⁾

1) Numerum non intellexit; quare omisit.

2) Errore typographi. etiam quod I p. 268, 2 pro „hgb“ (Gauricus; „gcb“ Cr.) apud Tartaleam legitur „hag“, typographo tribuendum est.

3) Numerum peruerse legit, nisi typographus errauit.

4) Cr. igitur hoc quoque loco interpolatione rem turbauit.

Codex Uallae	Gauricus	Tartalea	Cremonensis
II p. 310, 26: ποτι τὸ Z ὥστε μειζόν ἐστι τὸ Z τοῦ K.	quam ad spa- tium z quam spatium k.	quam ad spa- tium z. ergo spatium z ma- ior est quam spatium k.	quam ad f. qua- re f spatium ipso k maius existit.

in loco postremo apud Gauricum errore typographi exciderunt: „quare maius est spatium z“ propter ὁμοιοτέλετον; Tartalea lacunam sine codice Graeco (nam ordo uerborum alius est) suppleuit, in quo errorem uel puero indignum (maior) commisit. quare colligendum est, eum ne in ceteris quidem emendationibus errorum Gaurici codicibus suis usum, sed suo ingenio confisum esse.¹⁾

Uerum ad codices Tartaleae reuertamur. si supra p. XXXII recte suspicati sumus, codicem illum „fractum et qui uix legi posset“, de quo loquitur Tartalea, eundem fuisse ac codicem Uallae, confitendum est, primum eum nimium de genere codicis conqueri, ut adparet e codice Parisino C, qui eodem fere tempore satis recte ex eodem archetypo descriptus est; sed fortasse Tartalea in codicibus Graecis legendis parum uersatus erat. deinde codice suo non ea, qua debuit, diligentia et fide usus est, quoniam de planor. aequil. II, 9 pro genuina demonstratione paraphrasim Eutocii retractatam et in breuius contractam, quasi Archimedis esset, recepit (Quaest. Arch. p. 97).²⁾ denique multa et correxit et interpolauit, in quo alio quodam codice usus est, quem uno tantum loco diserte nominauit; nam de

ideo lin. 19 pro $\alpha\chi\theta\omega$ scripsit „ducta est“. addo, lin. 19 etiam apud Cr. legi „i“ pro H, sicut in FV („k“ Gauricus; „h“ Tartalea); fuit igitur in archetypo Uallae.

1) Praeterea Tartalea initio libri de quadratura parabolae bis pro „Archimedes“ (Gauricus) scripsit „Archimedes“, et pro „mathematicam“ II p. 294, 11; 298, 2 „mecanicam“.

2) Fortasse genuina demonstratio in codice Uallae Tartaleae difficilior lectu uisa est; hoc certe constat, hunc codicem ei nullam causam praebuisse demonstrationem Eutocii cum uera confundendi.

plan. aequil.-II, 9 post demonstrationem illam refictam Eutocii additur fol. 16^v: „in alio exemplari graeco sic habebatur“. sed antequam de hoc codice diligentius quaerimus, pauca nobis dicenda sunt de codice Norimbergensi Graeco cent. V app. 12 fol., cuius notitiam primam debeo Mengio (Neue Jahrb. 1880 p. 110); sed postea eum Haulniae conferre mihi ipsi contigit (N^a). codex chartaceus est saec. XVI scriptus, qui eadem scripta Archimedis et Eutocii continet, quae F, et eodem ordine. hoc codice in editione principi paranda usus est Uenatorius, qui sua manu permultos errores correxit partim in margine partim in scidulis chartaceis margini adglutinatis; multa etiam ita emendauit, ut callide scripturam codicis eradendo, lineolas addendo uel producendo mutaret; quare id genus correctiones difficillime deprehenduntur et persaepe scripturam pristinam prorsus sustulerunt; nonnullae tamen earum manu antiquiore et fortasse prima facta esse uidentur. interdum etiam notas typothetae legendas adscripsit Uenatorius, ita ut adpareat, hunc ipsum codicem in manibus typothetarum fuisse. ad genus harum notarum cognoscendum unum exemplum sufficiat; I p. 22—24, ubi propositiones in N^a eodem modo, quo in F, diuisae sunt, in scidula scripsit: „ὁμοίως paragraphus. φανερόν δέ paragraphus. δεικτέον δέ demonstratio novae propositionis. praeponatur nota numeri 5“, et hoc in edit. Basil. p. 4 factum est. hic codex N^a Romae scriptus est uel certe Roma ad Bilibaldum Pirkheimerum Norimbergam peruenit (ed. Basil. praef. fol. 2^v: Bilibaldus Pirkheimerus, quem vos, dum uiueret inter doctos doctissimum nominari haud grauatim passi estis, ille inquam, ut erat uir excellentis ingenii, cum Rhoma graece scriptum Archimedis nostri exemplar opera amici cuiusdam tandem post longam expectationem accepisset, non tantum quasi uilem aliquem in aedibus suis passus est habitare hospitem cett.).

N^a eiusdem cum ceteris codicibus classis esse ostendit *lacuna in initio* libri I de sphaera et cylindro et omnino *eius in grauioribus* erroribus consensus (cfr. praeterea

Quaest. Arch. p. 138). sed propius etiam locum, quem inter codices nostros obtinet, definire licet. nam eum e codice F originem ducere, errores his codicibus solis communes, et qui in codice Uallae fuisse non possint, manifesto demonstrant. in hac re iis tantum locis uti licet, ubi scriptura codicum Pariss. pro certo constat. sed inde quoque satis magna copia documentorum peti potest.

I p. 210, 20—21: *ἐπέλεγο*—*πρὸς ΧΡ* in F solo repetuntur; itaque in communi archetypo Uallae bis scripta non erant; sed in N^a eadem uerba bis scribuntur; correxit Uenatorius.

II p. 116, 8: *τᾶς ἐκ τοῦ κέντρον τοῦ ἐλάσσονος κύκλου τῶν εἰρημένων* in mg. manu 1 F (itaque in codice Uallae, sicut in cett. codd. et apud Cr., suo loco exstabant); om. N^a (et ed. Basil.).

II p. 244, 13: *ἀπληθον*] *ακιτον* FN^a (correxit man. 1).

II p. 248, 1: *εἶμεν*] B; *ἐκεῖ μὲν* ACDV; *εκειμεν* F; *ἔκειμεν* N^a.

II p. 250, 26: *τὰν κορυφάν*] BC; *τᾶς κορυφάν* VAD; *τα κορυφάν* F; *τᾶ κορυφάν* N^a.

II p. 262, 15. 16: *σελήνας*] *ελίνας* FN^a.

II p. 270, 1: *κατονομασμένων*] *κατονομασμένων* FN^a.

II p. 276, 9: *ἡ ὄσος*] *ἄσος* VA; *ἄ ὄσος* B; *ασος* CD; *ασος* FN^a.

postremo rem parvam quidem, sed quae re uera summi momenti sit, adferam; nam III p. 198, 26: *ἀσυμπτώτους* syllaba *-τους* casu in F paullo insolentius scripta est, ita ut simillima sit syllabae *-τοις* (*τοις*), et hanc formam singularem diligenter seruauit librarius codicis N^a; inde factum est, ut in ed. Basil. p. 38, 17 legeretur *ἀσυμπτώτοις*. etiam numeri propositionum saepe peruersi et figurae semper fere cum F congruunt. et omnino errores codicis F raro in ipso N^a correcti sunt, ita ut fere semper, ubi in

apparatu critico nostro legitur „corr. ed. Basil.“, liceat substituere „corr. Uenatorius“.

uerum sicut dubitare non possumus, quin F fons sit codicis N^a, ita constat, hunc librum non ex ipso F descriptum esse. nam primum multis locis in N^a compendia usurpantur, ubi in F uocabulum omnibus litteris scriptum est; et hoc non librario codicis N^a ipsi deberi, inde fit ueri simile, quod forma corrupta compendiorum ostendit, ea librario nota assuetaque non fuisse; frequentissimum est compendium uerbi *ἔσται* in hunc modum deformatum Δ). deinde non raro lacunae codicem nostrorum, quae in codice Uallae exstabant nec in F expletae sunt, eius modi supplementis reconcinnatae sunt, quae cum interpretatione Tartaleae tam arte cohaereant, ut N^a et interpretatio illa necessario ex eodem codice fluxisse putanda sint. qua de re disputauimus Quast. Archim. p. 98—100, et hic locos grauiore repetendos esse duxi:

N^a.

II p. 166, 14: *καὶ τετμήσθω δὲ ἡ ἈΒ κατὰ τὸ Θ*; om. cod. Uallae, nec opus est.

II p. 170, 16: (*ἔστιν ἄρα τὸ Ν σαμείον ὅπερ* (sc. *ἔδει δεῖξαι*); om. cod. Uallae, nec opus est.

II p. 192, 24: *διάμετρος δὲ τοῦ τμήματος ἔστω ἡ ΒΔ*; om. cod. Uallae, nec opus est.

II p. 196, 11: *τὰς ΑΜ, Ως. καὶ ἐν τοῖς ΖΘ, ΤΨ τραπεζαίσι τὰ κέντρα τῶν βαρῶν ἔσσονται ὁμοίως διαίεοντα*; om. cod. Uallae.

Tartalea

et secetur in duo quae db penes t.

est ergo nt centra (sine dubio t addidit Tartalea ipse, et deinde „centra“ pro „centrum“ scripsit; ὅπερ: ~ omisit, quia non intellexit).

diameter autem portiois sit bd.

lineas rs, 76 rectas. et in mn fg temporalibus [h. e. trapezabilibus] centra grauitatum erunt similiter diuidentia.

N^a

Π p. 200, 4: ἀλλ' ἔστι ὡς
τὸ $ABΓ$ τριγωνον ποτὶ τὸ K ;
om. cod. Uallae.

Π p. 206, 3: καὶ ἐπεξεύχθω
τὰ Θ , M , I , N . ἴσα ἄρα
ἔστιν ἃ ΘX τῷ XM , ἃ δὲ
 IT τῷ TN . ἀλλὰ καὶ τρι-
γώνω τῷ AKB ἴσον ἔστι τὸ
 $BΔΓ$, τμήμα δὲ τὸ AKB
τμήματι τῷ $BΔΓ$. δέδεικται
γὰρ ἐν ἄλλοις τὰ τμήματα
ἐπίτριτα εἶμεν τῶν τριγώνων;
om. cod. Uallae.

Π p. 210, 13: (ΘE) ἔσται
μεξων τῆς $B\Theta$. καὶ ἔστω ἃ
 ΘH ; om. cod. Uallae.

Π p. 210, 15: (Θ) εὐθυ-
γράμμον δὲ τοῦ $AKBΔΓ$ τὸ
 E ; om. cod. Uallae.

Π p. 214, 9: ($BΓ$) κατὰ
τὰ Z , H (καὶ ἄρθων) παρὰ
τὴν $BΔ$; om. cod. Uallae.

Π p. 214, 17: οὕτως ἃ $\Theta Δ$
πρὸς τὴν MZ . ἃ δὲ $BΔ$ τε-
τραπλασίον τῆς KZ ; om. cod.
Uallae.

Π p. 228, 23: $ΔΔΕΓ$ τό-
μον διάμετρος ἔστιν ἃ HZ
καὶ αὐτὴ μὲν; om. cod. Uallae.

Π p. 232, 4: (MN) ποτὶ
 NO , ὡς δὲ ἃ MN πρὸς NO
μᾶκει, οὕτως ἃ MN ; om.
cod. Uallae.

Archimedes, ed. Heiberg. III.

Tartalea.

sed sic [h. e. est sicut]
abg ad spacium x

et copulentur quae tn et
mi. aequalis ergo est quae.
quidem tq ipsi qn, quae au-
tem ic ipsi em. sed trigono
quidem akb aequale est tri-
gonum blg, portio autem
akb portioni blg. portiones
enim trigonis ostensae sunt
in aliis epytritae esse.

erit maior quam linea bt
sitque ht (sed deinde Tar-
talea II p. 210, 18—19 scrip-
turam mutavit; u. Quaest.
Arch. p. 146).

rectilinei autem akblg
signum e.

penes zh et ducantur ipsi
bd aequidistanter.

ita quae td ad mz, quae
autem db quadrupla ipsius
kz.

manifestum autem, quod
et sectoris adeg dyameter
est quae hz et quae quidem.

ad no, ut autem quae mn
ad no longitudinem, ita quae
mn ad nx.

N^a.

Tartalea.

II p. 232, 22 et 24: *διπλα-
σις*; om. cod. Uallae.¹⁾

ex dupla.

II p. 234, 5: *καὶ ὁ ἀπὸ
AZ*; om. cod. Uallae.

et cubus qui ab az.

II p. 238, 7: *PI. καὶ ἐστὶ
μὲν τοῦ ὅλου τμήματος κέν-
τρον*; om. cod. Uallae.

ri. et est totius quidem
portionis centrum grauitatis.

haec omnia interpolatione orta esse, certissimum est; nam supplementa II p. 166, 14; 170, 16; 192, 24; 210, 15; 214, 9 (prior pars); 232, 4 per se bona certe necessaria non sunt. II p. 210, 13 interpolator nexum sententiarum paullo obscuriorem non perspexit, et totum locum peruertit (Quaest. Arch. p. 146). in aliis locis lacunas in nostris codicibus esse constat et, si summam spectes, recte apud Tartaleam et in N^a expletæ sunt; sed tamen errores quidam minuti interpolatoris manum produunt. II p. 196, 11 prauum est *ἐν τοῖς ΖΘ, ΤΨ τραπεζίοις* pro genetiuo, et litteræ uix recte se habent; cfr. II p. 196, 9—10. II p. 214, 7 *παρὰ τὰν ΒΔ* haud facile eo loco intercidere poterant, quo in N^a interpolata sunt; II p. 214, 17 genuinam scripturam ab interpolata diuersam seruauit Eutocius III p. 338, 17—18; II p. 228, 23 *τόμον* addendum esse et *HZ* pro *HZ* scribendum, docet idem III p. 360, 10—11; praeterea II p. 230, 1 *καὶ αὐ μὲν* praua sunt; nam *μὲν* nihil habet, quo referatur; II p. 238, 7 denique pro *μὲν τοῦ* saltem scribendum erat *τοῦ μὲν*. II p. 206, 3 sq. et forma minus bona est (*ἐπεξέχθω* de punctis, cum apud Archimedem semper de lineis dicatur; *τριγώνῳ τῷ ΑΚΒ*, *τμήμα τὸ ΑΚΒ*, quæ collocatio uerborum satis frequens hic tamen locum non habet), et ex

1) Contra II p. 234, 17: *τῆς AZ καὶ τῆς ΔΗ*, οὕτως ἡ συγκειμένη ἔκ τε τῆς β', quæ omisit cod. Uallae, etiam in N^a desunt; correxit Uenatorius. et etiam apud Tartaleam desunt; *habet enim*: „*altitudinem autem compositam ex dupla ipsa nx et ipsa mn*“.

Eutocio III p. 334, 11 adparet, eum haec uerba non habuisse.¹⁾

itaque cum magna pars horum locorum eiusmodi sit, ut congruentia fortuita nullo modo esse possit, necessario sequitur, N^a ex eodem codice ab homine non indocto interpolato descriptum esse, quo usus sit Tartalea. nam eum ipso N^a usum non esse, hi maxime loci ostendunt:

II p. 164, 22: $\delta\lambda\chi\alpha$] om. N^a; „in duo“ Tartalea.

II p. 172, 5 sq. $\kappa\alpha\iota\ \pi\epsilon\pi\omega\iota\eta\sigma\theta\omega$, $\acute{\omega}\varsigma\ \acute{\alpha}\ BH\ \pi\omega\tau\iota\ B\Theta$, $\omicron\upsilon\tau\omega\varsigma\ \acute{\alpha}\ ME\ \pi\omega\tau\iota\ EN$. $\kappa\alpha\iota\ \acute{\epsilon}\pi\epsilon\zeta\epsilon\upsilon\gamma\theta\omega\sigma\alpha\nu\ \alpha\iota\ A\Theta$ [B Θ cod. Uallae] $\Theta\Gamma$] om. N^a (corr. Uenatorius, qui pro $\pi\epsilon\pi\omega\iota\eta\sigma\theta\omega$ habet $\gamma\epsilon\gamma\omicron\nu\epsilon\tau\omega$); „et sit facta ut quae bh ad bt, ita quae me ad en, et coniungantur quae bt, tg“ Tartalea.

II p. 218, 3: $\delta\nu\ \delta\acute{\epsilon}\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu$] F; $\delta\nu\ \delta\acute{\epsilon}\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$ N^a; „quam autem habet proportionem“ Tartalea, qui si legisset $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$, scripsisset „proportionem habet“, ut alibi sexcenties.

ex hoc libro igitur Tartalea de plan. aequil. II, 9 fol. 16^v alteram demonstrationem sumpsit, et re uera haec demonstratio cum F plerumque consentit, uelut II p. 218, 27 habet: „simul utraque quae ab, bg ad duplam ipsius bd“; II p. 220, 11: ΔO] $\Delta\Theta$ F; „dk“ Tartalea; II p. 220, 12: $O A$] ΘA F; „ka“ Tartalea; idem II p. 220, 25; II p. 222, 6: $O A$] ΘA F; „kd“ Tartalea; II p. 222, 8: $\acute{\iota}\sigma\alpha\nu\ \tau\acute{\alpha}\ \sigma\upsilon\gamma\kappa\epsilon\iota\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha$] $\acute{\iota}\sigma\alpha\nu\ \tau\acute{\alpha}\nu\ \sigma\upsilon\gamma\kappa\epsilon\iota\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha\nu$ F; „ad aequalem compositam“ Tartalea; II p. 222, 15: $O A$] ΘA F; „kd“ Tartalea; II p. 228, 4: AB] ΔB F; „db“ Tartalea. interdum coniectura errorem sustulit; praeter paucas quasdam litterarum emendationes hic commemorandum est, eum II p. 220, 14, ubi in F. omittitur $\kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\tau\pi\alpha\pi\lambda\alpha\sigma\iota\varsigma\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \Gamma B$ recte habere: „et quadruplae ipsius gb“; et eum ditto-graphiam codicis F II p. 224, 24—26, quae etiam in N^a est (corr. Uenatorius) euitasse. uerum haec coniectura

1) Addi potest, N^a II p. 228, 14 falsum $\eta\mu\iota\sigma\omicron\upsilon\varsigma$ praebere, lin. 18 omittere (addidit Uenatorius); etiam Tartalea priore loco habet: „medietate“, altero „e minori basium“.

emendata esse, inde quoque confirmatur, quod interdum, ubi litterae in F peruersae sunt, errorem quidem subesse uidit, sed ueram scripturam non repperit, uelut II p. 220, 25: *OA*] *A* F; „ka“ Tartalea; II p. 222, 10: *AA*] *AB* F; „da“ Tartalea; II p. 222, 19: *OE*] *OE* F; „kd“ Tartalea; II p. 224, 7: *OB*] *EB* F; „kb“ Tartalea; II p. 226, 12: *OB*] *AB* F; „kb“ Tartalea; II p. 226, 16: *OB*] *EB* F; „kb“ Tartalea; II p. 228, 1: *AO*] *A* F; „ka“ Tartalea; II p. 228, 2: *BA*] *B* *OE* F; „ab“ Tartalea.

praeter interpolationes communes Tartalea proprias habet has, quae sine dubio ipsi debentur (cfr. de eius interpolatione interpretationis Gaurici supra p. XLIV):

fol. 5: „dixerunt enim Theorema esse quidem quod premittitur ad demonstrationem ipsius quod premittitur, Problema autem quod preiacitur ad constructionem ipsius quod premittitur, Porisma autem quod premittitur ad acquisitionem ipsius quod premittitur“. haec, quae e Pappo VII p. 650, 17—20 ad uerbum uersa sunt, ante de plan. aequil. I, 3 inseruntur ita typis expressa, quasi sint ipsius Archimedis.

fol. 8^v post II p. 172, 9: *AM* additum est „(per sextam sexti Euclidis)“; parenthesis signum non significat haec uerba interposita esse; nam fol. 15 uerba „aequalis enim est ipsi“ II p. 216, 19—20, quae in codicibus sunt, eodem modo in parenthesi sunt.

fol. 13: „est autem et trigoni abg centrum grauitatis signum e. palam igitur quod totius abg centrum grauitatis est in linea xe [per signum o ut s̄it sicut abg trigonum a portiones atb, bkg ita xo ad oe, erit o centrum grauitatis totius portionis]. quare“. hic uerba unci inclusa prorsus inutilia sunt et in codicibus omittuntur II p. 204, 11; contra Tartalea errore omisit *τοῦ δὲ* — X p. 204, 9—10 et *τοῦτέστι — σκελεῶν* p. 204, 11. ceteris locis, ubi Tartalea adnotationes adiecit, diserte tituli loco praeposuit „interpres“ (fol. 3, 4, 13^v, 18, 20) uel „diffinitio prima a Nicolao Tartalea Brixiano interprete addita“ (fol. 2^v). in his commentariolis conscribendis interdum Eutocio ni-

titur (fol. 2^v = Eutoc. III p. 306; fol. 4 = Eutoc. III p. 310; fol. 18^v = Eutoc. III p. 360 cum additamentis quibusdam; u. Quaest. Arch. p. 96).

summa igitur disputationis de codicibus Tartaleae haec est. pro fundamento interpretationis habuit codicem Uallae¹⁾, sed ubi is ei lectu difficilis uel mancus uisus erat, ad alium codicem confugiebat, qui e codice F descriptus erat, sed haud imperite interpolatus; idem antigrahus est codicis N^a.

